Causa vero cur mihi visum sit nihilominus M^tem^ V. interea temporis hisce meis literis molestare, haec est: scripsit nuper D. doctor Staphylus ad me, quid de adventu suo ad aulam M^tis^ V. statuerit, quemadmodum M^tas^ V. ex literis quas una transmitto intelliget. Quamvis ergo mihi dubium non sit, ipsum huiusmodi profectioni moram nullam interpositurum, tamen si M^tas^ V. in hac re diligentiam hominis scriptis clementer literis excitaret, putarem omnino ipsum tanto magis festinaturum. Certe negotium hoc quod nunc habemus sub manibus, eius praesentiam si unquam alias hoc praecipue tempore mirum in modum efflagitaret. Ipse enim tanquam vir harum rerum expertissimus posset suffragium suum aliis non sine fructu adiicere. Praeterea cum stylo plurimum valeat et iudicio acri praeditus sit, si quid ex multis scriptis quae hic inde M^ti^ V. offeruntur, in unum aliquod corpus colligendum esset, ipse quantum mea quidem fert opinio, id cum magna dexteritate esset facturus. Quicquid autem M^tas^ V. in hac parte Tridenti propositum esse volet, opus esset quod illud ad diem proxime futurae sessionis vel saltem non multo post omnino esset para-

Digitized by Google

tum. Quapropter cum nec dies nec hora ulla amplius negligenda sit, dispiciat M^tas^ V., si hoc qualecunque consilium meum ipsi placuerit, an non expediat operam dare, ut huiusmodi M^tis^ V. literae absque ulla mora ad Staphylum perferentur. Eidem M^ti^ V. me quam humillime commendo.

Datae Pragae 26. Aprilis anno 62.

E. C. M^tis^ V.

humilimus servus
G. S. Seldius

Auf die Rückseite dieses Briefes ist geschrieben: D. D. Seld pro ratione articulorum Tridenti proponendorum. Pergant in deliberatione. Vocetur Staphylus 28. Aprilis 62.

Matthias Cithardus, denn so schreibt er selbst seinen Namen, war bekanntlich ein Dominikaner aus Aachen, welcher noch 1557 auf dem Fürstentage zu Frankfurt und auf dem Colloquium zu Worms im Gefolge des Herzogs von Jülich und Cleve erschien, wahrscheinlich gerade damals dem Kaiser näher bekannt wurde und bald darauf dessen Hofprediger und Beichtvater wurde.[1] So sehr nun Seld und Cithard des Kaisers Vertrauen besassen, so mochten sie wohl selten in ihren Urtheilen und Rathschlägen über kirchliche Dinge übereinstimmen, und so scheinen sie auch dies Mal sich nicht zu einem gemeinsamen Gutachten über die ihnen vorgelegten Artikel verständigt zu haben. Es liegt nämlich von jedem derselben ein offenbar in Folge der Aufforderung des Kaisers vom 24. April erstattetes Separatgutachten vor.

Um erkennen zu lassen, dass das Gutachten des Beichtvaters ganz allgemein und im Predigerton gehalten war, würde es genügen hier Anfang und Ende mitzutheilen; aber um den Nachweis zu liefern, dass dasselbe auch eine der Vorlagen für das Libell geworden ist, muss ich in folgendem noch weitere Proben aus demselben geben.[2]

Quanquam me haec cogitatio iam pridem saepe exercuerit ac sollicitum reddiderit, quibus rationibus miserabile hoc ac funestum ecclesiae dissidium, quo totus hodie fere christianus

[1] Epist. Pogianae 2, 121 Note.

[2] Das Gutachten (1. Bogen) ist in den Wiener Concilacten fälschlich zu 1560 eingereiht worden. Es trägt die Aufschrift: Nr. 23. Ineptiae Cittardi ad caesaris consultationem.

Digitized by Google

orbis colliditur, quoquo modo tolli possit, variaeque mihi subinde per intervalla temporum occurrerint viae ac rationes, quae non incommodae nec inefficaces viderentur sancto huic proposito ac instituto promovendo, deprehendi tamen postea apud me humana ista fuisse magis figmenta somnia ac ludibria, quam sana ac solida consilia, intellexique ex divinis scripturis propheticis primum, deinde apostolicis, nullam neque certiorem neque praesentiorem viam malorum istorum sanandorum, quam universalem et sinceram vitae nostrae in ecclesia deformatae reformationem, ut scilicet singuli corruptae vitae, fontis malorum omnium, pessima studia corrigant, partes ac officia sua graviter praestent, inprimis ii qui praesunt fidelibus, quos posuit spiritus sanctus speculatores, excubitores et inspectores regere ecclesiam dei, quam acquisivit sanguine suo, quos item sal terrae lucem mundi vocavit et exemplum formamque gregis esse voluit doctrina et conversatione, ut ex ipsis normam vivendi peterent fideles.

Certissimum est ex cleri pravis moribus, eorum inquam vitiis ac corruptelis qui docent, sacrificant et ministrant in ecclesia sacraque contrectant et administrant, adeo aversos animos populorum et veluti crassa quadam caligine obductos, ut simul cum ipsis sacrificis sacrificium, cum doctoribus dogmata, cum ministris omne ministerium ecclesiae contemnant neque fidei nostrae catholicae certam et indubitatam veritatem intueri, multo minus amare et amplecti possint. Caligo haec nullo alio collyrio abstergi poterit, nisi reformatione christiana eaque non levi, sed severiori, quam uti divinus caesar in se ipsum primum, deinde in suos, si quid in se vel suis emendandum veniat, libenter et alacriter suscipiet, ita pontificem cum cardinalibus suis defugere non oportebit . . . Solitum est prius doctrinam quae morum regula est, sicubi vitiata sit, corrigi quam mores emendari, sed hoc recte habuit semper, cum pravae illae affectiones ex pessimis cleri moribus natae non tantam circumfudissent populi iudicio caliginem. Haec nisi auferatur, veritatis evidentia in fide nostra catholica a populo videri poterit nunquam; auferendae vero illius per benignitatem spes est minime dubia, si pestiferos et luxuriantes in toto corpore humores antidoto reformationis qui Christi apostolorum discipulorumque in ecclesia locum tenent, expellant et eiiciant, redibitque venerandae matri nostrae ecclesiae apud omnes pristina sua gra-

Digitized by Google

tia forma ac elegantia . . . Deinde cum praecipuus finis adeoque unicus concilii, quo patres orbis christiani spirituales pro salute liberorum solliciti congregantur, scopus sit, ut qui odio ulcerum ac vitiorum corporis ab ipso corpore se praesciderunt, eidem reuniantur, qui ex caula et area dominica vento errorum provecti sunt, in eandem colligantur, qui ex magna domo dei viventis in sathanae synagogam migrarunt, ad eandem redeant, et qui ab ecclesia catholica discesserunt hactenus per varios misere distracti ac lacerati errores, sinum illius placidissimum repetant eandemque quam nunc veluti adulteram contemnunt ac detestantur, rursus quasi reginam in vestitu deaurato venerari ac matrem virgineam amare incipiant: qua ratione hoc aut melius aut felicius patres conabuntur, quam si minime fucatam seriam et canonicam reformationem urgeant eaque securi ad radicem arboris posita tollere et resecare studeant, quae dei O. M. benignitatem a nobis et animos populi cum a nobis, tum ab universa veritatis regula averterunt? Poscit ergo summa rerum omnium per pestiferam hanc luem quadragenarii schismatis in ecclesia turbatarum ac convulsarum iusto quidem dei iudicio ob scelera nostra, ut primus et praecipuus tractationis locus in concilio morum reformationi uti parti maxime necessariae tribuatur . . . Nunquam fuit ea felicitas ullius saeculi, quod non cogeretur ferre malos permixtos bonis, paleas tritico, haedos ovibus, vasa testacea et contumeliae vasis aureis et honoratis, et nullum item fuit, in quo impunitius triumpharit effrenis licentia, turpitudo, lascivia, luxus, catillatio, mollities, ambitio, fastus, turpis lucri studium summusque pietatis omnis ac dignae uniuscuiusque vocatione integritatis ac honestatis neglectus, ut hoc vere luteum dici possit. Insistant ergo patres purgationi sive correctioni publicae, ut ea praecedat rite efficaciterque ducetur in executionem, si malint fructuosum magis quam tumultuosum et inane concilium . . . Rectissime ergo faciet caesar et christianissimo caesare officium multo dignissimum praestabit, si ab hoc proposito urgendae ac promovendae publicae reformationis nequaquam desistat . . . Patres vero concilii, si quod suadet utilitas, quod expetit publica salus summaque in hoc negotio correctionis urget necessitas, serio instituant, deum placabunt offensum, animas salvabunt suas, fratres reducent errantes et amabilis vereque aureae reparandae et sarciendae concordiae pulcherrimum aditum aperient. Tribus concludam

Digitized by Google

verbis: emendemus, oremus, vincemus. Domine dilexi decorem domus tuae.

Das Gutachten von Seld[1] lautet:

S. C. et R. M^tas^ domine clementissime.

Vidi et excussi, quantum brevitas temporis passa est, ea scripta quae M^tas^ V. in materia promovendi concilii clementer proposuit, et quamvis res haec professionis meas metas longe excedat, ut quae potius ad theologos vel saltem una cum illis ad excellentissimos canonistas, in quorum numero me nequaquam esse agnosco, pertinere videatur, tamen quia M^tas^ V. qualemcunque sententiam meam exquirit, dicam breviter et ingenue id quod sentio.

Placet autem mihi summopere scriptum illud, quod insignes quidam M^tis^ V. ministri nuper Ser^mae^ R. Cel^mi^ exhibuerunt, atque ita placet ut propemodum ne verbum quidem vel addere vel detrahere vel mutare me posse fatear, nisi fortasse in unico duntaxat loco, ubi scilicet tractatur de bonis ecclesiasticis non admodum severe repetendis atque adducitur exemplum Sigismundi imperatoris et Bohemorum regis, M^ti^ V. videretur etiam exemplum addi posse inclytae reginae Mariae nuper defunctae et Anglorum, quod quidem et recens est et valde illustre. Constat enim S^mam^ illam feminam nullo humano praesidio adiutam, sed quasi divino miraculo non solum regnum suum recuperasse, verum etiam religionem catholicam, quae ibi plane poterat videri deperdita, potenter rursum invexisse ac deinceps in omnibus et praecipue religionis negotiis usam esse S^mi^ cardinalis Poli tanquam legati apostolici autoritate et consilio. Nihilominus tamen, quemadmodum multorum sermonibus et literis compertum est, optima illa regina restitutionem bonorum ecclesiasticorum quae ad manus laicas pervenerant non adeo vehementer ursit, sed satius existimavit nonnihil esse

[1] Original in den Concilacten. 10 Halbbogen von einem Amanuensis geschrieben und von Seld unterzeichnet. Dass Ort und Zeit der Abfassung nicht angegeben sind, erklärt sich wohl daraus, dass der Kaiser und Seld sich wieder an demselben Orte, in Prag, befanden. Der Inhalt ergibt, dass dieses Gutachten nach dem Brief vom 26. April erstattet ist. Andrerseits muss es vor dem 5. Mai niedergeschrieben sein, bis zu welchem Tage Sätze aus demselben in den später zu erwähnenden Singkhnoser'schen Entwurf übergingen.

Digitized by Google

connivendum, quam ut ipsa religio nuper inducta in discrimen aliquod adduceretur, quod ipsum procul dubio sine scitu et consensu saltem tacito sedis apostolicae factum non est. Quam tamen additionem eiusdem M^tis^ V. prudentissimo arbitrio subiicio.

Porro cum existimem praedictorum ministrorum mentem eam esse, ut quicquid M^tas^ V. in hac causa statuerit, id non adeo nude vel simpliciter, sed debita et accurata forma legatis apostolicis in concilio proponatur, videtur mihi M^tem^ V. in hac parte non esse peccaturam, etiamsi propositionem illam eisdem omnino verbis fieri iubeat, quibus scriptum ipsum conceptum est. Insunt quidem aliqua quae totum ordinem ecclesiasticum, praecipue primarios eiusdem proceres ac inter alios ipsum quoque pontificem procul dubio nonnihil pungent; sed ego nullam penitus rationem video qua omitti vel dissimulari possint aut debeant, et negotium per se tale est quod nullam adulationem admittit, et in ulceribus huiuscemodi validis ac inveteratis emplastra vel malagmata parum prosunt, sed cauteriis et incisionibus est utendum. Itaque ne aegre ferant ecclesiastici illi, si quis veritatem loquatur, maxime quia et M^tas^ V., quemadmodum ex literis eiusdem intelligo, tanquam supremum caput in temporalibus patienter feret, si quis proponere voluerit quod apud eandem M^tem^ V. emendatione dignum sit. Id unum tamen hoc loco M^tas^ V. cogitare poterit, an forte modestiae duntaxat observandae gratia expediat, eam formam servari, ut M^tas^ V. quicquid in hac parte scribendum erit, idem iubeat fieri nomine quorundam piorum ac catholicae religionis amantium virorum qui M^ti^ V. ex christiano zelo hoc obtulerint, idque M^tas^ V. tanquam princeps catholicus ipsi synodo latius ac diligentius examinandum ac discutiendum proponat. Effectus enim erit omnino idem, et si quid acerbitatis inerit, id nisi fallor quoad personam M^tis^ V. hac ratione multum mitigabitur.

Praeterea video praedicto concepto quaedam excellentissimorum virorum scripta ante plures ut apparet annos composita adiecta esse. Nescio utrum praedicti domini delecti senserint illa similiter concilio esse proponenda; nam hoc casu necessitas forte requireret ut illa prius per insignes aliquot theologos examinarentur, ne quid forte inesset quod nimis dubium vel fragile existimari posset; in ea quidem re nullum meum est iudicium, loquendo tamen perfunctorie tanquam in negotio a mea

Digitized by Google

professione alieno, puto me huius sollicitudinis non omnino nullam habere causam. Nam in eo scripto cui nomen episcoporum Merseburgensis et Numburgensis praefixum est, dum inter alia adstruitur, calicem laicis non esse necessarium, conantur illi episcopi id eo argumento probare, quod illa verba: accipite et bibite, quamvis sint imperativi modi, non tamen inferant imperium seu necessitatem, sed potius rem libero arbitrio committant, quod quidem argumentum utrum apud alios theologos subsistere possit, ego quamvis non theologus nonnihil dubito. Eadem enim ratione verba de altera specie panis prolata: accipite et comedite, non essent praeceptiva, sed unius cuiusque arbitrio commissa, ita ut liberum esset christiano homini huic sanctissimo sacramento communicare vel non, quod certe nonnihil durum esse videtur, praesertim attentis aliis verbis salvatoris in sexto capite Joannis recitatis, ut: nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis, quod quidem sextum caput Joannis quamvis adversarii ad manducationem spiritualem duntaxat referant, tamen ecclesia catholica nisi fallor de sacramentali intelligit. Dispiciendum itaque esset utrum locus ille, et forte alii quoque, vel emendatione vel saltem uberiore explicatione indigeret, qua in re nolo ego indicari sutor ut aiunt ultra crepidam.

Postremo posteaquam intelligo M^tem^ V. in hoc summopere elaborare, ut hoc tempore negotium reformationis in concilio prae omnibus aliis et magis quam ipsum negotium dogmatum urgeatur, credo necessarium fore, ut vel nomine M^tis^ V. vel saltem illorum piorum hominum, de quibus superius mentionem feci, rationes aliquae huius rei in qua plurimum momentum positum est ipsi concilio enumerentur. Id autem a prioribus illis ministris ideo procul dubio omissum est, quod forte ignorarunt, quam difficiles se in hoc reformationis negotio continuando patres concilii exhibeant et quam facile videantur in hoc inclinare, ut extrahendo tempus per disputationes de dogmatibus, si deinde casu aliquo abrumpatur concilium, reformatio ipsa tota quae multis adeo odiosa est penitus intercidat. Quoniam ergo in proxima sessione procul dubio in quaestionem veniat, utrum negotium hoc reformationis sit continuandum an vero eo suspenso ad dogmata transeundum, certe si M^tas^ V. in ea permanebit sententia in qua illam esse nunc deprehendo, non esset absurdum quod ad declarandam ipsius seriam volun-

Digitized by Google

tatem res haec quantum fieri posset succincte, additis tamen idoneis argumentis, coram legatis pontificiis deduceretur. Mihi enim, ut breviter dicam quod sentio, videtur, si adversarii religionis nostrae nunc in concilio praesentes essent, forte difficultatem nullam esse futuram quominus congrediendo cum illis materia dogmatum absque omni dilatione exactissime tractaretur. Posteaquam enim ecclesiae nostrae de ea cum illis praecipua est contentio, quid obstaret quominus vel per viam christianae concordiae vel solidae decisionis ad finem eiusdem quam primum posset perveniretur, praesertim quia res tantae facilitatis non est, ut brevi momento expediri possit, et sic tempus aliquod in ea negligi debeat. Quoniam vero adhuc absunt et ita tamen absunt, ut de adventu eorum non omnino desperandum sit, maxime ubi Gallica natio quemadmodum speratur praesto fuerit, ego certe non video cur ad tractationem dogmatum tantopere sit festinandum, praecipue considerando quod quicquid per hanc viam quantumvis sanctissime solidissimeque statueretur, id tamen saltem per imperitam multitudinem tanto fragilius iudicari posset, quod nemine ex adverso contradicente esset statutum.

Ubi tamen alias, si adhuc nonnihil suspenderetur dogmatum tractatio, nihilominus tempus de quo patres nonnihil videntur conqueri nequaquam perderetur. Sunt enim ii articuli, de quibus nunc C. M^tas^ V. tractari cuperet, adeo graves et tam longe et late patent, ut patres omnes si diligenter velint elaborare satis videantur habituri, quod cum illis agant, etiamsi omnes ingenii nervos intenderint. Profecto si dicere fas est, ipsa propemodum negotii qualitas et ordo rerum hoc exposcere videtur, ut negotium hoc reformationis non in postremo, sed quasi in primo loco habeatur. Si enim in hoc concilio illud quasi praecipuum est, ut ii qui hactenus ab *ecclesia catholica discesserunt ad gremium eiusdem revocentur ac eandem quam nunc contemnunt ac detestantur rursus amare ac venerari incipiant, qua ratione id quaeso melius fieri potest, quam ut hae maculae et rugae, quibus hoc postremo seculo ipsa ecclesia heu nimium deformata est, ante omnia eluantur ac complanentur, ita ut ipsa ecclesiae facies hominum oculis rursus amabilis et veneranda appareat, et ut ordo ille ecclesiasticus, qui res concilii regit quique censuram de aliorum erroribus et malefactis agere debet, se ipsum prius inculpabilem praestet? Notum enim est illud D. Gregorii, quod prius ipsi purgandi sunt per

Digitized by Google

quos aliorum culpae feriuntur, ut ipsi iam mundi per ultionem veniant, qui aliorum vitia corrigere festinant. Quin imo et hoc quidem nemo negabit, ubicunque duo vel plura tractanda sunt quae vel nulla vel saltem non commoda ratione simul ac semel tractari possunt, ibi praeponendum esse id quod magis est necessarium. Hoc autem loco non equidem negaverim, tractationem dogmatum, sive adversarii ad concilium venerint sive non venerint, omnino fore necessariam. Debebit enim in omnem eventum constare de certo quodam doctrinae catholicae corpore, ut saltem ii qui nunc sunt in fide catholica retineantur nec ad tot et tam varia sectarum portenta deflectendi ullam occasionem habeant, quemadmodum ipsamet M^tas V. hoc prudentissime consideravit in ea instructione qua eiusdem M^tis V. commissarii ad concilium expediti sunt. Sed interim, quando ad negotium reformationis respicio, mihi ipsi persuadere vix possum, quin illud non solum aeque, sed etiam magis necessarium existimandum sit. Sunt quidem hoc tempore proh dolor adhuc pauca orbis christiani regna seu provinciae ab hac sectarum labe immunes, Italia videlicet Hispania et regiones Belgicae. Quod ad illas attinet, censendum est, eas de dogmatibus non admodum esse solicitas, ut quae hactenus doctrinae sanctae matris ecclesiae lubenter acquieverunt nec facile ab ea se quamvis diversis rationibus dimoveri passae sunt; quod autem ad corruptionem morum attinet, fatebuntur procul dubio vel omnes vel aliquae saltem ex illis, se non minus quam alias christiani orbis nationes praesentaneo remedio indigere. Itaque si sapiunt, reformationis negotium non solum cum caeteris, verum etiam prae caeteris sedulo urgebunt, ne forte cum tempore in easdem calamitates incidant in quibus alias nunc provincias esse vident. Jam vero quod ad reliquas orbis nationes attinet, apud quas diversitas sectarum et opinionum hoc tempore invaluit, disceptatio de dogmatibus, nisi reformatio praecesserit, parum vel nihil proderit. Quicunque enim id locorum et malitiosi et in malitia indurati sunt, ii tanquam aspides surdae et obdurantes aures suas non audient vocem ecclesiae quantumvis sapientissime incantantis; rursus qui apud illos probi ac prudentes viri sunt, ii nova aliqua dogmatum decisione non adeo vehementer indigent. Quid enim aliud illis persuadere necesse erit, quam id quod ante mille annos et amplius in ecclesia semper traditum et observatum est? Quid vero in articulis religionis vel

Digitized by Google

sexcenta concilia nostri temporis aliud definire poterunt, quam id quod definierunt tot praeclara concilia antiqua? Aut quis sanae mentis homo adiunget se hereticis nostri temporis eadem docentibus ac sentientibus, quae olim docuerunt ac senserunt Manichaei, Arriani, Aetiani, Nestoriani, Joviniani, Vigilantiani Berengariani, Henriciani, Petrobrusiani ac caeteri eiusdem farinae? Quis demum lubenter recedere volet a placitis doctissimorum ac sanctissimorum illorum patrum, qui quamvis longissimo temporum ac locorum intervallo inter sese distantes, unitatem tamen consensus adeo praeclare et mirabiliter in iis rebus, quae tam ad perpetuam salutem quam ad ecclesiae venerandam oeconomiam pertinent, ita inter sese conservarunt, tanquam si eodem tempore ex uno ore omnes locuti fuissent, ita ut quisquis eorum autoritate non movetur, eidem procul dubio milla nec concilia nec conciliabula sint satisfactura? Quod autem ad promiscuam plebem attinet, non video quid praecipui fructus vel exactissima dogmatum decisio apud illam paritura sit. Quotus enim quisque ex illa est, qui spinosas hasce nostri seculi disputationes, ut puta: de peccato originali, de fomite concupiscentiae, de libero arbitrio, de praedestinatione, de iustificatione hominis, de discrimine legis et evangelii, de numero et efficacia sacramentorum, de merito absoluto et merito congrui, de gratia gratificante et gratis data, et si quae sunt eiusmodi, saltem exaudiat, nedum assequatur vel intelligat? Certe plebs haec nihil aliud considerat, nisi id quod oculis videt, auribus audit et manibus contrectat. Id vero non tam in doctrina, quam in moribus positum est. Et quamvis ingenue fatendum sit, talc plebis iudicium tum ineptum tum falsum esse, quia re vera consideratio de doctrina a moribus omnino et est et debet esse separata, attamen quid facias hominibus in hoc sensu suo abutentibus, nisi ut omnibus modis cures te illorum captui, quatenus salva religione fieri potest, accomodare ac ipsorum ruditatem tua industria vincere?

His omnibus et illud addendum est, quod attento miserabili eo statu, in quo Germania nostra nunc proh dolor se esse sentit, periculum est ne, nisi eidem celeri ac severa reformatione succurratur, in brevi apud illam omnis religio interitura sit. Jacet enim omnis ecclesiastica disciplina, desunt boni pastores, silent suggestus, frigent scholae, dissoluta sunt monasteria, et eo res devenit ut quicunque vel maximi nominis princeps concio-

Digitized by Google

natorem aliquem idoneum habere velit, is eum ultra quinquaginta vel centum milliaria quaerere cogatur; parochi vero et ludimagistri plerunque etiam in locis catholicis eiusmodi sunt, ut propemodum praestet nullos habere quam tales.

Haec omnia et quaecunque ex illis mala oriuntur, ideo eveniunt quod thesauri ecclesiae obtruduntur fucis. Interim vero ii qui possent praeesse ecclesiae tam verbo quam exemplo, solius famis timore alium sibi quaestum et eum nonnunquam, quod summopere deplorandum est, perniciosum ac pestilentem quaerere coguntur. Cui malo, nisi ocyus per viam reformationis succurratur, verendum est ne id quod in Germania hactenus superest, non solum ad sectas, verum etiam tandem ad manifestam impietatem et atheismum sit prolapsurum. Quae quidem omnia eo tendunt, ut S. M^tis^ V. intentio de promovendo omnibus viribus hoc reformationis negotio tanto facilius promoveatur.

Postremo autem, si M^tas^ V. ultra omnem diligentiam adhibitam, allegatis videlicet praedictis vel aliis causis quae a peritis hominibus facile inveniri poterunt, illud efficere non poterit, saltem in id M^tas^ V. per commissarios suos incumbat, ut simul et una cum dogmatibus pertractetur, quemadmodum et in superiori proximo concilio factum esse vidimus. Tollerabilius enim id erit, quam ut omnino praecidatur spes reformationis, sicque non solum apud nostros pluribus et maioribus vitiis, verum etiam apud adversarios mille calumniis fenestra aperiatur. Sane si nec in eo M^tas^ V. profecerit, saltem sufficiet de his diligenter ac filialiter coetum illum admonuisse. Quod reliquum est, id M^tas^ V. arcano dei iudicio committet, neque enim in aeternum suaserim quod vel M^tas^ V. vel quilibet alius princeps christianus, etiamsi rectius in hisce negotiis se sentire existimaverit, praefractiorem tamen se quam aequum sit exhibeat. Debet enim M^tas^ V. memor esse antiqui illius canonis Gelasii papae ad Anastasium imperatorem scribentis: nosti, inquit, inter haec ex sacerdotum te dependere iudicio, non illos ad tuam posse redigi voluntatem; item Felicis papae cuidam principi loquentis: certum est, inquit, hoc rebus vestris et salutare, ut cum de causis dei agitur, iuxta ipsius constitutionem regiam voluntatem sacerdotibus Christi studeatis subdere, non praeferre, et sacrosancta per eorum praesules potius discere quam docere. Servabit itaque M^tas^ V. in his omnibus tam gravitatem et prudentiam, quam modestiam et filialem observantiam tanto

Digitized by Google

principe dignam, eoque efficiet ut, etiam si M^tis^ V. monita non eum effectum habuerint, quem merito habere deberent, M^tas^ V. universo orbi id testatum relinquet, se in causa tam pia ac salutari optimi ac religiosissimi imperatoris non voluisse deesse officio.

E. M^tis^ V.

humillimus servus
G. S. Seldius.

Unter den verschiedenen Schriften, über welche der Vicekanzler sein Urtheil abgeben sollte, rühmt er als die beste scriptum illud quod insignes quidam M^tis^ V. ministri nuper S. regali C^ni^ exhibuerunt. Wenn dann Seld an anderer Stelle von Artikeln redet, die jetzt berathen werden sollen, und in dem früheren Brief vom 26. April von articuli qui ex quorundam insignium M^tis^ V. ministrorum consilio in synodo Tridentina videntur esse proponendi, so kann wohl nicht bezweifelt werden, dass die von ihm gelobte Schrift unter anderm auch gewisse Artikel oder formulirte Reformvorschläge enthielt. Da wir nun später sehen werden, dass diese Schrift mit ihren Artikeln die Hauptgrundlage des Libells geworden ist, so drängt sich die Frage auf, wer die Verfasser derselben gewesen sein mögen. Die Antwort auf sie gibt aber der S. 19 mitgetheilte Brief Giengers an die Hand. Was dort von einem Bedenken Giengers und des Bischofs von Gurk gesagt wird, dass es auf des Kaisers Befehl dem Könige von Böhmen überreicht worden sei und dass es von der Reformation des geistlichen Standes durch das Concil, von der Laiencommunion, der Priesterehe u. dgl. gehandelt habe, das passt hinlänglich zu den obigen Angaben Selds, um darauf hin Gienger und den Gurker Bischof als Verfasser jenes scriptum oder conceptum zu bezeichnen.[1] Dass Gienger einer der vornehmsten Rathgeber des Kaisers war, haben wir schon gesehen.[2] Es bedarf daher nur noch einiger Notizen über den Bischof, um zu erklären, dass auch er dem Kaiser berufen erscheinen konnte, ihm in dieser wichtigen An-

[1] Weitere Beweise dafür bringe ich später, besonders S. 92, bei.

[2] Ich füge noch nach den Concilacten hinzu, dass Ferdinand ihn am 21. März um ein Gutachten darüber bat, wie es eventuell mit der Wahl eines Papstes während des Concils zu halten sei, und dass Gienger aus Linz am 2. April eine sehr eingehende Antwort ertheilte (Actenst. z. G. d. C. Nr. 163).

Digitized by Google

gelegenheit Rath zu ertheilen. Urban der Oesterreicher genannt,[1] hatte bereits als Prediger (1551) und Official (1553) in Passau sich mit den kirchlichen Verhältnissen in Oesterreich und mit den Bestrebungen und Forderungen der Reformpartei vertraut gemacht. Noch mehr Gelegenheit dazu ward ihm geboten, als er 1556 zum Bischofe von Gurk erhoben und zugleich von Ferdinand zum Hofprediger ernannt wurde. Als letzterer begleitete er auch den Kaiser 1557 nach Regensburg. Um dieselbe Zeit mag seine Reise nach Venedig fallen, wo er sich im Auftrage des Kaisers mit den Verhältnissen der griechischen Kirche bekannt machen sollte. Unter den Bischöfen der Salzburger Erzdiözese und namentlich auf einer Synode im J. 1560 trat er für die vermittelnde Richtung ein, für die sich seit dieser Zeit auch Ferdinand immer entschiedener erklärte. Dies mochte ihn auch besonders geeignet erscheinen lassen, die Stelle eines Hofpredigers des K. Maximilian etwa seit Neujahr 1562 zu bekleiden. Indem der Papst am 6. Februar 1562 seine Freude über diese Wahl aussprach, rühmte er den Bischof als virum admodum doctum et catholicum et pium. Die streng katholische Partei täuschte sich jedoch ihrerseits nicht über Urbans Richtung. Schon 1563, in welchem Jahre Urban auch die Administration des Wiener Sprengels übertragen wurde, tadelte ihn Canisius wegen seiner Ansichten vom Abendmahlskelch und schrieb über ihn 1564: episcopus Gurcensis, satis alias de Lutheranismo suspectus, Viennae pro concione publicavit indultum apostolicum de permissione calicis et satis quidem ambigue, ita enim assuefactus est.[2] Mit seiner Ernennung zum Hofprediger Maximilians fällt nun etwa der ihm und Gienger vom Kaiser gewordene Auftrag zusammen, die Reformartikel zu entwerfen, und eben diese Stellung mag es auch mit sich gebracht haben, dass ihre Arbeit zunächst dem Könige mitgetheilt wurde.

Der Singkhmoser'sche Entwurf.

Obgleich der Kaiser, wie Seld vorgeschlagen hatte, Staphylus zu sich berufen hatte, um das Libell zu redigiren, wurde schon vor dessen etwa am 5. Mai erfolgter Ankunft ein erster

[1] Marian Gesch. d. österr. Klerisey 5, 334. Weitere Notizen in den Epist. Pogianae, in Bucholtz u. s. w.

[2] Cyprianus 26 und 318. Vgl. auch Epist. Pogianae 3, 266.

Digitized by Google

Entwurf von Singkhmoser aufgesetzt. Derselbe erfordert als Mittelglied zwischen den Vorarbeiten von Gienger, Urban u. a. und der Schlussfassung des Libells eine eingehende Betrachtung.

Er ist in den Concilacten in einem Heft von 10 Bogen mit der alten Bezeichnung Nr. 12 enthalten.[1] Grosse Abschnitte sind von Si. selbst geschrieben. Zwischen ihnen begegnen andere sehr verschiedenen Umfangs von der Hand zweier Grossatoren. Eine Unterscheidung dessen was der eine Grossator, und dessen was der andere geschrieben hat, ist werthlos, während es wichtig ist zu beachten, was Si. und auch wie er es geschrieben hat, und andererseits was er von den G. Si. hat schreiben lassen. Wenn nämlich in den von Si. geschriebenen Theilen Perioden, Sätze oder einzelne Worte durchstrichen und noch ehe weiter geschrieben worden ist, durch andere ersetzt worden sind, oder wenn einmal ein längerer Relativsatz an einer Stelle getilgt wird, um auf der nächstfolgenden Seite an passenderer Stelle eingeschoben zu werden, so leuchtet ein, dass Si. hier concipirt hat. Begegnet aber darauf eine halbgebrochne Seite ohne die geringste Correctur, so liegt die Vermuthung nahe, dass Si. hier eine Vorlage vor sich gehabt und nur copirt hat. Letzteres wird vollends dann ersichtlich, wenn, wie wiederholt geschehen ist, Si. die ersten Worte eines Abschnittes noch selbst schreibt, dann aber mitten im Satze die Hand eines Grossators einsetzt. So kann doch nur vorgegangen sein, wenn dem G. entweder dictirt oder eine schriftliche Vorlage zu copiren gegeben worden ist. Die Annahme eines Dictats wird jedoch dadurch ausgeschlossen, dass in derartigen Abschnitten sinnentstellende Fehler vorkommen, welche auf falsche Auffassung oder Wiedergabe von damals gebräuchlichen Abkürzungen zurückzuführen sind. Bezeichnende Fälle dieser Art sind dass ein Grossator nrm und ubi schreibt, wo der Sinn numerum und universali erfordert. Diese richtigen Worte sind

[1] Auf der ersten Seite unten steht von Si. geschrieben, dann aber durchstrichen: Serenissimo ac potentissimo principi ac D. D. Maximiliano regi Bohemiae archiduci Austriae marchioni duci Burgundiae etc. Für eine blosse Probatio pennae scheint dies doch zu lang zu sein. Möglicher Weise sollte mit dieser Adresse auf die Schrift hingewiesen werden, welche, wie wir sehen werden, hier vielfach benutzt ist.

Digitized by Google

dann auch von Si. hineincorrigirt,[1] wie dieser überhaupt alle von den G. Si. copirte Theile genau durchgesehen und nicht allein die Lese- oder Schreibfehler verbessert, sondern auch noch kleinere stilistische Abänderungen vorgenommen hat. Aus alle dem ergibt sich dass Si. der Verfasser dieses Entwurfes ist, dass er jedoch in denselben schon vorhandene Schriftstücke hineingearbeitet hat. Die äusseren Merkmale des Entwurfs aber geben uns sichere Anhaltspunkte um zu erkennen, wo der Concipient seine Sätze früheren Arbeiten wörtlich oder unter dem Vorbehalt von Emendationen entlehnt hat.

Aus der von Si. concipirten Einleitung hebe ich hervor, was wir zur weiteren Vergleichung benöthigen. Sie beginnt: Cum ad sacram caesaream M^tem^ dominum nostrum clementissimum superioribus diebus allatum esset, R^mos^ in Christo patres S. R. E. cardinales Sanct^mi^ D. nostri legatos aliosque R^dos^ et V^les^ patres Tridenti in sacro oecumenico concilio in spiritu sancto legitime congregato existentes summe necessarium atque ab omnibus piis expetitum instituendae canonicae reformationis negotium tractandum suscepisse ac articulos quosdam ad eam rem pertinentes in deliberationem vocasse . . . Der Kaiser sei darüber höchlichst erfreut, habe seinen Oratoren befohlen dies Werk nach Kräften zu fördern und sei selbst darauf bedacht, soweit ihm als obersten Advocaten und Defensor der Kirche zustehe, der Reform Vorschub zu leisten. His sane causis et rationibus inducta C. M^tas^, quod sacrum concilium nequaquam improbaturum confidit, doctis piis et catholicis sanctae sedis apostolicae observantissimis viris negocium dedit, ut M^ti^ S. C. opinionem et sententiam suam diceren cum de hoc instituendae reformationis negocio, tum de aliis infrascriptis scilicet rationibus, quibus sperandum videatur non modo has exiguas quae supersunt in S. R. imperio catholicorum reliquias deo propitio in officio et cultu religionis nostrae catholicae retineri, verum etiam illos qui a religione et institutis ecclesiae nostrae C. discesserunt, si non omnes, saltem maiorem partem ad gremium et unitatem S. matris ecclesiae reduci posse. Qui sane rebus omnibus diligenter discussis piam eruditam et catholicae doctrinae plane congruentem deliberationem instituerunt atque absolutam M^ti^ S. C. sub-

[1] An andern Stellen ersetzt Si. von den G. Si. gebrauchte und zweideutige Compendien durch die Auflösungen quod, secundum u. s. w.

Digitized by Google

mittentes se saniori ecclesiae iudicio humiliter et christiano zelo exhibuerunt, cuius ferme haec est summa.

Wem werden nun diese Worte in den Mund gelegt? Sicherlich weder dem Kaiser, welcher hier und in dem ganzen Entwurf stets in der dritten Person angeführt wird, noch den zur Berathung berufenen Männern. Dass letztere durchgehends docti pii catholici u. s. w. genannt werden, entspricht dem einen Vorschlage, welchen Seld in seinem ersten Bedenken (S. 50) gemacht hatte.[1] Aber sein weiterer Vorschlag, für die Vorlage des Kaisers an das Concil die Form eines dem Kaiser von den hierzu besonders berufenen Männern erstatteten Gutachtens beizubehalten, ist von Si. noch nicht berücksichtigt worden, weder in der Einleitung, noch in der Folge. Si. scheint vielmehr von der Vorstellung auszugehen, dass sich im Libell der Hofrath des Kaisers vernehmen lasse, aber nicht an den Kaiser, sondern etwa an das Concil wende.

Die summa deliberationis hebt im Entwurf Si. mit dem von Seld und Cithard betonten Gedanken an, dass der articulus reformandi im Concil allen andern Fragen vorangestellt werden müsse.[2] Die lange Ausführung nimmt meist wörtlich das Cithard'sche und dann das Seld'sche Gutachten auf. Es heisst in ihr z. B.: Nemo profecto inficias ire potest, morum tam in clero quam in seculari ordine corruptionem primam causam esse omnis calamitatis . . . quoniam certum est, depravatos mores vitia et corruptelas cleri ac illorum qui in ecclesia docent, worauf der S. 47 mitgetheilte Passus bis nisi reformatione christiana eaque non levi sed severiori, und nach einigen Uebergangsworten der weitere Passus prius doctrina — forma ac elegantia fast wörtlich wiederholt werden. Verbotenus nimmt dann Si. das Alinea Deinde — averterunt S. 48 auf. Wenn der nächste Absatz sich in freierer Weise an das Gutachten des Beichtvaters anschliesst, so geschieht es zum Theil, um hier aus dem Seld'schen Bedenken den Hinweis auf den h. Gregor (S. 52) einzuschalten.

---

[1] Desgleichen der Ausdrucksweise in den ähnlichen Gutachten aus der Zeit Karls V.

[2] Diesen Standpunkt hatte ja die kaiserliche Partei schon in der ersten Periode des Concils und namentlich in den Congregationen d. J. 1546 eingenommen; zum Theil wiederholen daher auch Seld und Cithard, was bereits damals vielfach ausgesprochen war.

Digitized by Google

Nochmals werden zwei Seiten Cithard nachgeschrieben, theils von Si., theils von G. Si. und alles nachträglich von Si. verbessert. Nur von dem Schluss dieser Vorlage konnte Si. keinen Gebrauch machen. Statt dessen sucht er mit einigen Zeilen eigener Zuthat den Uebergang zum Seld'schen Gutachten zu finden, das von den Worten si adversarii religionis nostrae — atheismum sit prolapsum (S. 52—55) als weitere Vorlage dient. Soweit nun Si. selbst abschreibt, geschieht es hier und da in freierer Weise, d. h. er zieht zusammen, weil er das Citat aus dem h. Gregor schon zuvor angebracht hat oder weil er den Hinweis auf die Instruction des Kaisers (S. 53) in seiner Arbeit nicht recht am Platze findet. Den grösseren Theil jedoch lässt er von G. Si. copiren und verbessert dann höchstens das eine und andere Wort. Zu beachten ist da noch ein kleiner Umstand. G. Si. hat auch den Passus Ubi tamen alias — nervos intenderint (S. 52) genau abgeschrieben. In den Schlusssatz hat dann aber Seld eigenhändig zwischen die Worte illis und agant eingeschaltet: quantumvis longo temporis spacio, und hat auch sonst noch an einigen Stellen die Ausdrücke seines Gutachtens gemildert. Dies beweist, dass der Entwurf Singkhmosers vom Vicekanzler durchgesehen worden ist. Es folgt endlich ein von Si. concipirter Absatz (Et quia M^tas C. non diffidit — sunt autem articuli qui sequuntur) des Inhalts, dass der Kaiser zu den von den Concillegaten vorgeschlagenen Artikeln hiemit noch vorlegen lasse articulos a bonis illis et catholicae religionis propagandae et conservandae studiosissimis viris oblatos, in quibus utique M^tas S. C. arbitratur patribus amplissimam materiam de reformatione in capite et membris tractandi eamque ad effectum perducendi subministrari.

Als zweiten Theil des Entwurfs von Si. kann man f° 7—12 bezeichnen. Hier finden sich dieselben 15 Reformanträge, welche später in das Libell aufgenommen worden sind, aber in anderer und zwar erster Fassung. Indem Si. nur den ersten Artikel und von dem zweiten die sechs Anfangsworte eigenhändig und ohne Correctur schrieb, alle andern aber von Grossatoren schreiben liess und nur die von ihnen gemachten Fehler ausbesserte, werden wir für diesen wichtigsten Theil des Entwurfs wiederum eine bestimmte Vorlage annehmen müssen. Und in der That erfahren wir aus einem späteren Gutachten Selds (S. 89), dass die hier copirte ursprüngliche Fassung der Artikel

Digitized by Google

jener Arbeit von Gienger und Urban angehörte, welche Seld dem Kaiser empfahl für das Libell möglichst wörtlich beizubehalten. Desgleichen werden wir später sehen, dass auch dem dritten Theil des Entwurfs von Si. die Schrift G. U. (wie ich in der Folge jene Arbeit bezeichnen will) zu Grunde liegt.[1] Die Art der Verarbeitung ersichtlich zu machen, wird sich später bei der Vergleichung der Elaborate von Si. und von St. noch vielfach Gelegenheit darbieten.

Der Staphylus'sche Entwurf.

Staphylus muss spätestens am 5. Mai 1562 am Hofe eingetroffen sein. Auf dem Rücken eines Schriftstückes der Concilacten findet sich nämlich aufgezeichnet: ‚Dem Herrn Dr. Staphylo zuzustellen, aus diesem allem zu ziehen was dem Concilio der Reformation halber furzubringen. Decretum per imperatorem 5. Maii.' Welche Schriftstücke mögen nun damals Staphylus zugestellt sein, um alle in eine einheitliche und gut stilisirte Denkschrift zu bringen?

Sicher das mit jenem Decretum versehene Stück, d. h. ein mit Nr. 4 bezeichnetes deutsches Gutachten, welches ein Ungenannter dem Kaiser über eine Schrift des Passauer Officials erstattet.[2] Da sich das geistliche und das weltliche Regiment damals oft gegenseitig beschuldigten, ihren Pflichten nicht nachzukommen, mag Hillinger in Folge der früher erzählten Visitation dem Kaiser Vorstellungen gemacht und ihn zu grösserer Strenge ermahnt haben. Darauf antwortet nun derjenige, der die Eingabe des Officials begutachten sollte, etwa folgendes. Die vom Official angezeigten vitia seien nur zu wahr. Jedoch habe es an guten Rechtssatzungen und landesfürstlichen Befehlen nicht gemangelt, und nur die Voll-

[1] Dass auch für G. U. früheres Material verwerthet ist, zeigen z. B. die Reformartikel II und III, welche sich an die Instruction des Kaisers vom 18. October 1560 in Actenstücken z. G. d. C. 113. 114 anschliessen. Diesem Verhältnisse weiter nachzugehen, ist hier überflüssig.

[2] Verfasser und Schreiber sind offenbar identisch. Die Handschrift kenne ich nicht. Aber da der Auftrag des Kaisers am ehesten an Gienger oder den B. Urban denken lässt, jener jedoch das Gutachten nicht geschrieben hat, vermuthe ich, dass der Bischof der Verfasser und Schreiber ist. Die Abfassungszeit ergibt sich daraus, dass der Inhalt zum Theil wörtlich in die Deliberatio vom September 1561 (s. Schelhorn Amoen. I 664) übergegangen ist.

Digitized by Google

streckung sei eine ungenügende gewesen. Nach vierzigjähriger Spaltung wisse man auch nicht, was von der severitas antiqua canonum festzuhalten und was aufzugeben sei. Die Hauptschuld treffe doch die Geistlichkeit und bestehe darin, dass sie weder Visitationen noch Synoden veranstaltet habe. In Niederösterreich sei seit 60 Jahren keine Synode zusammengetreten. Die Bischöfe versehen leider ihr Amt nicht selbst und können bei der grossen Ausdehnung des Sprengels durch einen Officialen nicht ersetzt werden. Ein anderer wesentlicher Uebelstand sei, dass die Bischöfe und Prälaten ihre Pfarreien an unfähige und ungeeignete Männer zu verleihen pflegen.

Wir werden später sehen, dass Staphylus in der That dieses Gutachten für das Libell benutzt hat, desgleichen die Descriptio defectuum etc. (S. 7) und die Eingabe der oberösterreichischen Prälaten (S. 9), welche beide ich noch mit obigem Gutachten zusammengefaltet fand.[1] Ausserdem erkennen wir in dem Entwurf St. wieder mehrere Depeschen der Conciliatoren aus den letzten Monaten, das Seld'che Bedenken, den Entwurf Si. u. s. w., so dass also Staphylus am 5. Mai ein ganzes Convolut von Schriften zugestellt worden sein muss, welche auf die conciliaren und insbesondere auf die Reformverhandlungen Bezug hatten.

In welcher Weise er nun die ihm gewordene Aufgabe gelöst hat, wird uns am besten durch jenes Heft veranschaulicht, welches den Entwurf Si. enthält. Wo in letzterm aus dem Seld'schen Gutachten die Aufzählung der Häretiker aufgenommen worden ist, hat Staphylus eigenhändig noch die Eutychiani hinzugefügt. Er scheint also anfänglich die Absicht gehabt zu

[1] Die Descriptio ist wahrscheinlich nach dem 24. Februar 1562 verfasst worden, an welchem Ferdinand (S. 14) die Absicht aussprach, aus den Visitationsacten ein kurzes Summarium der Mängel ausziehn und den Concilvätern zugehen zu lassen. Dem steht nicht im Wege, dass der Inhalt der Descriptio uns mehrfach schon früher begegnet, wie in der Deliberatio vom September 1561, im Rathschlag des Staphylus (Ergötzl. 350), in der Instruction des Kaisers für die neue Visitationscommission vom 23. October 1561 u. s. w., indem alle diese Stücke und die Descriptio aus der gleichen Quelle, nämlich der S. 6 erwähnten Summari-Relation schöpfen. — Dass die Eingabe der Prälaten ursprünglich in deutscher Sprache geschrieben war und erst um dem Concil vorgelegt zu werden, in die lateinische übersetzt wurde, erfahren wir aus dem S. 72 abgedruckten Passus des Singkhmoser'schen Entwurfes.

Digitized by Google

haben, diesen ersten Theil des ihm mitgetheilten Entwurfes für sein Elaborat benutzen zu wollen. Bei weiterer Lecture desselben muss er sich jedoch veranlasst gesehen haben grosse Abänderungen vorzunehmen. So namentlich an den 15 Reformartikeln. Auf den halbgebrochenen Seiten nämlich, auf welchen Si. und G. Si. diese Artikel, wie sie in G. U. lauteten, eingetragen hatten, findet sich von St. geschrieben und, wie die vielen Correcturen beweisen, hier von ihm concipirt eine fast vollständige Umarbeitung (nur Artikel IV und VIII sind unberührt geblieben) der Reformartikel. Wie sich da die erste und zweite Fassung zu einander verhalten, will ich hier an einigen Artikeln darlegen.

A. I. von Si. copirt: Primo S^{mus} D. N. papa Pius per sacrum concilium exhortandus ac orandus est, ut sicubi forsan circa S^{tis} S. personam, statum et curiam suam nonnulla esse perspexerit quae emendatione egere videantur, ea in melius reformari benigne patiatur. Tunc enim S^{tas} S. de aliorum moribus recte iudicabit, si in se ipsa non habet quod condemnetur. Novit enim S^{tas} S. nec beatum Petrum nec eius successores cum sedis privilegio licentiam accepisse peccandi, nec facile esse stare in loco Petri et Pauli, id est tenere cathedram regnantium in Christo, siquidem non sint sanctorum filii qui tenent loca sanctorum, sed qui exercent opera illorum. Meminerit etiam S^{mus} D. N. Romanam ecclesiam matrem quidem esse ecclesiarum, sed non dominam, sic et S^{tem} illius non dominum episcoporum, sed unum ex ipsis, porro fratrem diligentium deum et participem timentium eum, ut sic sub felici S^{tis} S. gubernatione videamus ecclesiam dei purgatam, formosam ut columbam, sibi concordem et in unum corpus consentientem cum aeterna S^{tis} S. gloria et memoria. — Die grössere Hälfte nun: Tunc enim — memoria ist durchstrichen und statt ihrer ist von St. an den Rand geschrieben: Tunc enim S^{tas} S. maiore — cunctis exhibuerit (= Amoenitates 518.)[1] Nec dubium est quin S^{tas} S. id solum subinde meditetur, neque D. Petrum neque

[1] Indem wir hier allmälich der Schlussfassung nahekommen, wie sie von Schelhorn veröffentlicht worden ist, erspare ich mir die Mühe die Sätze nochmals abzudrucken, welche nicht mehr abgeändert worden sind, und verweise dann auf die Amoenitates. Hier speciell ist allerdings noch zu bemerken, dass St. in seinem Concept das Wort iudicem ausgelassen hatte und es erst später in die Abschrift eingeschaltet hat, welche in der Handschrift I vorliegt.

Digitized by Google

ullos huius apostoli successores, dum summam in ecclesia dei dignitatem adepti sint, se simul omnem peccandi licentiam una cum tanto privilegio adeptos putare debere, nec existimare satis esse sedere in cathedra Petri ac Pauli, opera autem et mores Petri et Pauli negligere, siquidem non statim sanctorum filii sint, qui loca tenent sanctorum, sed illi qui opera sanctorum factis imitantur. Meminerit etiam S^tas^ S., sicuti R. ecclesia aliarum ecclesiarum mater est, non domina, sic R. pontificem reliquorum episcoporum non dominum, sed et fratrem et patrem esse, qui filios suos non solum dura legum disciplina corrigendos, sed multo magis laudabilis vitae suae exemplo amanter instituendos atque sanandos esse arbitretur. Hoc enim modo ecclesiam a rugis mundabit, formosam reddat, quae merito queat unica carissima Christi sponsa dici.

A. II von Si. begonnen und weiter von G. Si. copirt: Gravis iam olim fuit et adhuc est multorum querela, numerosam illam D. cardinalium multiplicationem ecclesiae dei multis modis esse dispendiosam et onerosam, adeoque S^nnm^ D. N. quoque rogandum, ut hunc statum si non ad duodenariorum apostolorum, saltem ad duplicatum, nempe viginti quatuor et duorum supernumerariorum cardinalium numerum pro gubernanda universali ecclesia etc. (nämlich = Amoen. 520) — Statt dessen schrieb St.: Gravis — apti (= Amoen. 520), ersetzte adeoque ... quoque durch itaque und strich et duorum supernumerariorum. [1]

A. III im Entwurf Si.: Licet summi pontifices pro plenitudine potestatis suae supra ius, immo et contra vetus testamentum ac quatuor concilia ipsumque apostolum dispensandi sibi autoritatem usurpent, cum tamen huiusmodi dispensationes admodum videantur scandalosae ac cum decoloratione status ecclesiae coniunctae adeoque magis dissipationes quam dispensationes censendae sint, nimirum si S^mus^ D. N. una cum sacro concilio providere debeat, ut scandalum hoc ex ecclesia tollatur talisque moderatio adhibeatur, ut quod ex dispensatione liceat, hoc iuris fiat, et quo de iure fieri nequeat, id nec ex dispensatione liceat. — Dagegen lautet die neue Fassung von St.: Tametsi vero — aliquid tale dispenseretur (= Amoen. 520—521)

[1] Wie die letzten Worte doch wieder in das Libell hinein gekommen sind, erkläre ich S. 88 und 93.

Digitized by Google

quod contra expressum ius esset, sed hoc quod iure fieri queat, id in dispensatione liceret.

[2] Copie des 18. Jahrh. in der Museumsbibliothek zu Troppau, welche noch folgende Bemerkungen enthält: Extractum ex libro antiquo conventus Oppaviensis ordinis praedicatorum ad s. Wenceslaum, in quo continentur census, fundationes, bona et de prioribus ejusdem conventus ab anno domini 1512. — Ferner ein Vidimus des Stadtrathes von Ratibor 9. Aug. 1641, quod istud exemplar ex libro antiquo (wohl dem vorhin erwähnten) conventus Oppaviensis etc. descriptum est et convenit de verbo ad verbum etc. Dennoch scheint die Urkunde, wenn nicht gefälscht, so doch corrumpirt. H. Ernst erscheint bereits als H. von Münsterberg, was er doch erst nach Wilhelms Tode wurde, und H. Wilhelm wird erst 1443 zum Herzog v. Münsterberg (vgl. Nr. 534). Ein anderes auffallendes Moment ist der Ausdruck a virginali partu, der ganz und gar ungewöhnlich ist. Auch sonst ist die Urkunde sehr lässig abgeschrieben worden, z. B. pro salute anime nostre nostrorumque (predecessorum) ad honorem dei etc. tradimus.

Digitized by Google

Bartholomäus Ligner 20 Goldgulden erhalten, wofür ihm dieser die Gärtner vor dem Ratiborer Thor bei den Kirchen zur h. Katharina und zum h. Kreuz in Gansow (Gänsau) verpfändet habe. Zur Vermehrung des Gottesdienstes und zu seinem Seelenheil überträgt er diese Gärtner schenkungsweise dem Kloster mit der Bedingung, dass jährlich am Mittwoch nach Mariä Himmelfahrt für sein ganzes Geschlecht ein Anniversar gefeiert werde. Dat. Oppavie in arce nostra a virginali partu super MCCCCXLII, in die sanctorum Philippi et Jacobi apostolorum.

Digitized by Google

CORRESPONDENZ

DES CARDINALS

FRANZ FÜRSTEN VON DIETRICHSTEIN

(von 1609 — 1611).

MITGETHEILT VON

RICHARD TRAMPLER

O. MITGLIED DES VEREINS FÜR GESCHICHTE UND ALTERTHUM SCHLESIENS IN BRESLAU UND DER HISTORISCH-STATISTISCHEN SECTION DER MÆHR.-SCHLES. GESELLSCHAFT ZUR BEFÖRDERUNG DES ACKERBAUES, DER NATUR- UND LANDESKUNDE IN BRÜNN.

Digitized by Google

Unter den Kirchenfürsten, welche dem Olmützer Bisthume vorstanden, nimmt Cardinal Franz von Dietrichstein unstreitig einen der ersten Plätze ein. 1599 zum Bischofe erhoben bekleidete er sein Amt fast durch ein halbes Jahrhundert, (bis 1636). Seine Thätigkeit fällt somit in eine der interessantesten und zugleich bedeutungsvollsten Perioden der mährischen und der allgemeinen Geschichte überhaupt, in eine Zeit, in der die politischen und religiösen Verhältnisse den raschesten und folgenreichsten Veränderungen unterworfen waren.

Nicht nur auf die Entwicklung der religiösen Angelegenheiten in Mähren nahm der Cardinal den directesten Einfluss,[1] sondern auch auf dem Gebiete der Politik spielte er eine bedeutende Rolle, wozu er als Landeshauptmann, Gubernator und General-Commissär von Mähren in den beiden letzten Decennien seines Lebens (1621—1636) unmittelbar Veranlassung hatte. Doch würde man irren, wollte man seinen politischen Einfluss vor der Bekleidung dieser Aemter gering anschlagen; ein flüchtiger Blick in seine Correspondenz beweist das Gegentheil.[2]

Trotz dieser allseitigen Bedeutung hat er bisher noch keinen Biographen gefunden. Glücklicher war in dieser Beziehung sein zweiter Vorgänger in der mährischen Landeshauptmannschaft, der berühmte Karl von Zierotin, dessen Leben und Wirken Peter Ritter von Chlumetzky so eingehend beleuchtete und damit eine wichtige Vorstudie für das Leben des Cardinals selbst schuf. Wohl wurden vereinzelte Versuche gemacht die

[1] Vgl. Ullmann: ‚Die Vertreibung der Akatholiken aus Mähren in den Jahren 1623—1625' in den Schr. der hist. Section in Brünn. IX. B. p. 221 ff.

[2] Vgl. ‚Bibliothek und Archiv im fürsterzbischöflichen Schlosse zu Kremsier' v. Dr. B. Dudik. Wien 1870.

Digitized by Google

Thätigkeit des Kirchenfürsten darzustellen, doch charakterisiren sie sich als Producte, welche den Anforderungen der historischen Wissenschaft der Gegenwart bei weitem nicht genügen. So verfasste Adaukt Voigt ein ‚Leben des Cardinals von Dietrichstein', das nach seinem Tode mit Anmerkungen von Fulgenz Schwab (Leipzig 1792) edirt wurde. Gregor Norbert Korbert (v. Korbor) hinterliess eine ‚Biographie des Fürsten und Cardinals Franz von Dietrichstein, Bischofs zu Olmütz und k. k. Gubernators in Mähren' (1795) als Manuscript.[1] Auch das Brünner Wochenblatt brachte während seiner kümmerlichen Existenz v. 1824—27 eine Geschichte des Cardinals.

So karg aber auch die biographische Literatur ist, um so reichhaltiger sind die Vorarbeiten. Eine solche ist bereits oben in dem Werke über Karl von Zierotin angeführt worden; desgleichen musste auch Gindely in seinem ‚König Rudolf II. und seine Zeit' auf den Cardinal Rücksicht nehmen. Als Vorarbeiten aber verdienen jene Werke eine besondere Aufmerksamkeit, in denen über den Umfang des Materiales und über die Orte, wo es sich findet, Aufschluss geboten wird. Hervorzuheben wäre in dieser Beziehung Christian d'Elvert's ‚Historische Literatur-Geschichte von Mähren und Oesterreichisch-Schlesien' (Brünn 1850) über das fürstlich Dietrichstein'sche Familien-Archiv zu Nikolsburg und Cerroni's Sammlung; Beda Dudik's ‚Mährens Geschichts-Quellen' (Brünn 1850), wo ausschliesslich die Cerroni'sche Sammlung behandelt wird, und ganz vorzugsweise des letzteren ‚Bibliothek und Archiv im fürsterzbischöflichen Schlosse zu Kremsier' (Wien 1870). So gross aber auch die Masse des Materiales sein mag, so begegnet man auch hier dem gänzlichen Mangel an Publicationen. Nur d'Elvert hat in seinen ‚Beiträgen zur Geschichte der Rebellion, Reformation, des dreissigjährigen Krieges und der Neugestaltung Mährens im 17. Jahrh.' einige Schriftstücke von dem und an den Cardinal aufgenommen; Ullmann dagegen hat in seiner bereits unten citirten Abhandlung sich wohl auf 50 Actenstücke gestützt, aber mit Ausnahme von 4 nichts publicirt. Wenn nun die folgenden Briefe der Oeffentlichkeit übergeben werden, so soll damit keineswegs der Krebsschaden radical geheilt sein, sondern es soll damit mindestens ein schwacher Anfang von

[1] D'Elvert: Literaturg. v. Mähren etc. p. 250.

Digitized by Google

Publicationen gemacht werden, welche für die mährische und die österreichische Geschichte überhaupt von grösster Bedeutung sein müssen.

Was die Quelle betrifft, aus der diese Briefe, deren es 37 gibt, genommen sind, so wurden sie einem Manuscripte entlehnt, das mir der Schulinspector und Gymnasial-Professor Herr Anton Peter zur weitgehendsten Benützung zu überlassen die Güte hatte. Es ist überschrieben: ‚Copiae literarum Francisci Cardinalis a Dietrichstein Episcopi Olomucensis, de annis 1609 —1611' und rührt, wie die Namensfertigung zeigt, von einem Karl Wenzelides her, über dessen Persönlichkeit ich trotz eifrigen Bemühens nichts in Erfahrung bringen konnte,[1] da Peter, der das Ms. seit Jahren besitzt, nicht einmal mehr anzugeben in der Lage ist, auf welche Weise er in den Besitz desselben gekommen. Ohne Zweifel ist es eine Abschrift jenes Ms., welches d'Elvert als ‚Copiarium literarum Francisci a Dietrichstein, Card. et Epsc. Olom. 1609—1611'[2] als im fürstlich Dietrichstein'schen Familien-Archive zu Nikolsburg befindlich anführt.

Identisch mit dem eben genannten scheint jenes ‚Copiarium antiquum literarum ab anno 1609—1611' zu sein, welches sich in der Bibliothek Cerroni's (V. Cat. p. 74) befand und nach dessen Tode öffentlich versteigert wurde.[3] Die Abschrift ist, insofern man darüber, ohne die Originale eingesehen zu haben, ein Urtheil fällen kann, eine äusserst gewissenhafte und correcte; mindestens sprechen dafür die vom Apographen mit strengster Genauigkeit beibehaltenen Abbreviaturen.

Um über den Werth der Briefe einige Worte zu sagen, so muss derselbe in dreifacher Hinsicht hoch angeschlagen werden. Zunächst beziehen sich die ersten 27 Briefe auf jenen

---

[1] Laut einer dem w. M. Herrn Ritter v. Karajan von Herrn Mathias Koch zugekommenen und von jenem in der Classensitzung v. 15. Juni 1870 vorgelegten Zuschrift war Karl Wenzelides fürstl. Dietrichstein'scher Archivar in Nikolsburg und hat mit Bewilligung des Fürsten Franz von Dietrichstein die hier angeführten Correspondenzstücke aus den Originalen copirt und die Copien der Stadt Troppau, seiner Vaterstadt, geschenkt. Die hier mitgetheilten Briefe entstammen somit den Originalen und sind auf ganz legalem Wege in die Hände des jetzigen Besitzers gekommen.

[2] Vgl. dessen Literaturg. v. Mähr. etc. p. 493.

[3] Ibid. p. 46 und 288.

Digitized by Google

in der Periode der zwischen Kaiser Rudolf und König Mathias getheilten österreichischen Herrschaft ausserordentlich wichtigen Process, der von den Troppauer und mährischen Ständen gegen den Troppauer Dechant Nikolaus Sarkander (Bruder des i. J. 1860 selig gesprochenen Johann Sarkander) wegen politischer Umtriebe eingeleitet wurde, wie des näheren wird erörtert werden. Cardinal Dietrichstein, der als Vorsitzender im Richtercollegium den Process leitete, spielt dabei eine ganz eigenthümliche, wie damals schon und noch heutzutage vielfach behauptet wird, eine zweideutige Rolle. Einerseits gab er sich alle Mühe den Process niederzuschlagen und Nikolaus Sarkander aus der Verlegenheit zu ziehen, andererseits bot er, als Nikolaus aus der Wischauer Burg entwichen war, alles auf, um sich vom Verdachte, die Flucht Sarkanders eingeleitet zu haben, dessen ihn die mährischen Stände, besonders aber der damalige Landeshauptmann von Zierotin beschuldigten, zu reinigen.

Diese Doppelstellung, welche Franz von Dietrichstein nothwendig in der Sarkander'schen Angelegenheit einnehmen musste, kommt in den Briefen mit grosser Klarheit zum Ausdruck. Andererseits sind sie wichtig für die Entscheidung einer Controversfrage, welche in der letzteren Zeit in der Processangelegenheit aufgeworfen wurde. Während nämlich Gindely, Chlumetzky und Prochaska (in seinem Leben des seligen Sarkanders, Brünn 1861) den Troppauer Dechant als einen politischen Agitator hinstellen, der die Aufgabe übernommen hatte, für die Herrschaft Rudolfs zu wirken und gegen Mathias nicht nur in Schlesien, sondern selbst in Mähren, das dem letzteren unterthan war, zu agitiren, somit den Nikolaus Sarkander als ein politisches Werkzeug Rudolfs betrachten, will Johann Lepař in seinem Aufsatze: ‚Nikolaus Sarkander, Dechant von Troppau',[1] ihm jede politische Bedeutung entzogen und ihn nur als einen katholischen Proselyten aufgefasst wissen, dem jede Einmischung in die politischen Verhältnisse fern lag.

Zwei Briefe verdienen deshalb Beachtung, weil sie an den, wie bereits oben bemerkt, selig gesprochenen Johann Sarkander gerichtet sind; die übrigen dagegen sind für die religiösen Zustände jener Zeit, insbesondere von Troppau, von grösster Bedeutung. In ihnen spiegelt sich im Kleinen die

[1] In den Beiträgen zur Gesch. Schlesiens II. (Troppau 1866) p. 1 ff.

Digitized by Google

gegenreformatorische Thätigkeit des Cardinals ab, welche er in späterer Zeit in so ausgedehnter Weise zu entfalten im Stande war. Sie bieten in dieser Hinsicht einzelne Momente dar, welche zur Charakteristik der kirchlichen und religiösen Verhältnisse viel beitragen. Zum besseren Verständnisse und zur deutlicheren Beleuchtung des Inhaltes jener ersten 27 Briefe erscheint es nothwendig, in den Hauptzügen auf jenen Process einzugehen, in den Nikolaus Sarkander verwickelt wurde.

Die neue Lehre hatte sich sehr bald auch in Troppau Eingang zu verschaffen gewusst. Da der grösste Theil der Bevölkerung protestantisch war, so wurden durch eine Reihe von Jahren nur protestantische Pfarrer eingesetzt und die dortige Pfarrkirche ausschliesslich für den Gottesdienst der neuen Lehre verwendet, trotz häufiger Proteste von Seite der Olmützer Bischöfe und trotz eines Majestätsbriefes von Ferdinand I. (v. 1542), welcher festsetzte, dass die Stadt, wenn sie das Präsentationsrecht nicht im Einverständnisse mit den Olmützer Bischöfen ausübe, dieses Recht an Ferdinand I. und an seine Nachfolger abtrete. Da griff Cardinal Dietrichstein die Sache mit der ihm eigenen Energie auf und wusste es bei Kaiser Rudolf II. durchzusetzen, dass die Troppauer binnen 4 Wochen einen katholischen Pfarrer vorschlagen sollten (ddo. 13. Mai 1603). Sie achteten aber nicht auf den Befehl und wurden deshalb in die Acht erklärt, welche vom Regimente des Obersten Friedrich Geissberg executirt wurde. Der Schrecken, welchen die wilde Soldateska verbreitete, brachte die Troppauer zur Nachgiebigkeit und bereits am 1. Febr. 1608 hielt Nikolaus Sarkander als katholischer Pfarrer seinen feierlichen Einzug in die Stadt. Dass er den Wünschen des Cardinals entsprach, ersieht man aus dem Empfehlungsschreiben, welches der Bischof an Kaiser Rudolf schickte. Darin heisst es unter anderm: ‚Wann ich dann mit zimblicher Sorg und nicht ohne difficultet mehr gemeldeten Nicolaum Sarcandrum als eine Person, die zu dieser newen Pflanzung und Restituirung der uralten Religion gutermassen mit exemplarischen Leben und Wandel als Lehr und Unterweisung qualificirt ist, gegen Versprechen eines Canonicats in Olmütz, wenn er zu Troppau drei Jahre ausharrt, vermöget habe.‘

Nikolaus Sarkander hatte gegenüber der Uebermacht protestantischer Bürger in Troppau einen sehr schweren Stand

Digitized by Google

und es kam wegen der Revenuen sehr bald zu argen Conflicten, welche der Kaiser als oberster Kirchenpatron auszutragen hatte. Rudolf beschied deshalb den Troppauer Stadtrath und den Dechant nach Prag. Während ersterer zuwartete, trat Sarkander die Reise nach Prag an, wozu sich ihm eine sehr günstige Gelegenheit darbot, da um eben diese Zeit die Troppauer Seifensiederzunft den Stadtvogt Thobias Slowak nach Prag sandte, um beim Kaiser die Rückgabe der Privilegien nachzusuchen, welche wie alle anderen während der Acht nach Prag gebracht worden waren. Die Deputation des Stadtrathes war noch nicht abgereist, als Sarkander in Slowaks Begleitung nach Troppau zurückkehrte, um sich bald darauf abermals nach Prag zu begeben.

Ueber die Ursache dieser zweiten Reise geben uns drei Briefe Aufschluss,[1] welche gegen Ende Mai (1609) einem von den Troppauer Ständen gefänglich eingezogenen Boten des Freiherrn Boëtius Kaspar von Dohna abgenommen wurden. Der eine Brief, von Sarkander herrührend (ddo. 12. Mai), war an den Prior des Dominikaner-Klosters P. Felix de Vilna, der andere (ddo. 14. Mai), ebenfalls von Sarkander, war an den Teschner Adeligen Wilhelm Brabansky de Gebrczan auf Hatschein, der dritte endlich, vom Troppauer Landeshauptmann Felician Mosch von Bittendorf, der sich damals in Prag aufhielt, war an den Freiherrn von Dohna gerichtet.

Der Inhalt der Briefe war so beschaffen, dass die Troppauer Stände daraus nicht mit Unrecht auf eine Gefährdung nicht nur ihrer eigenen politischen und religiösen Interessen, sondern auch der von Schlesien und Mähren überhaupt schliessen mussten. Der Troppauer Dechant kam durch das von ihm Mitgetheilte geradezu in den Verdacht, an einer Verschwörung sich betheiligt zu haben, welche sich insgeheim am Prager Hofe gegen den König Mathias in Scene setzte.[2] Kaum war er daher zurückgekehrt, als ihn die Troppauer Stände auf die Landstube beschieden, wo er sich auch trotz seines Protestes, als seien die Stände dazu nicht berechtigt, einzustellen genöthigt wurde. Nach einem Verhöre, welches er und der Stadtvogt Slowak zu bestehen hatten, wurde vom ersteren das Versprechen abverlangt,

[1] In dem Aufsatze von Lepař abgedruckt. Beiträge etc. p. 8.

[2] Den Inhalt der Briefe siehe bei Chlumecky: Karl v. Zierotin p. 649 ff.

Digitized by Google

sich bei der bischöflichen Behörde in Olmütz zur weiteren Verhandlung zu stellen, welchem Versprechen er auch Mitte Juni nachkam. Der Cardinal liess ihn auf das Ansuchen des mährischen Landeshauptmannes Karl von Zierotin und mehrerer Landesofficiere (20. Juni 1609) im Olmützer Rathhause einsperren. Aber schon am folgenden Tage verlangte eine Deputation der Troppauer Stände, bestehend aus Hinek von Wrbna, Reiswitz und Bitowsky, von den mährischen Ständen ein strenges, gerichtliches Verfahren gegen Sarkander, was auch zugestanden wurde. Bereits am 25. Juli wurde Sarkander im Beisein der Commissäre des Königs Mathias und der Stände einer Untersuchung unterzogen, welche aber zu keinem zufriedenstellenden Resultat führte. Deshalb wurde der Cardinal angegangen, gegen den Dechant einen ordentlichen Process einzuleiten. Am 17. und 19. November wurde dieser in Scene gesetzt, blieb aber wie die erste Untersuchung erfolglos. Das hatte zur Folge, dass Sarkander, des Hoch- und Landesverrathes angeklagt, von seinem Amte suspendirt und zur strengen Frage und Tortur verurtheilt wurde, welche der Cardinal am 4. December auf der Wischauer Burg, wohin der Dechant war gebracht worden, vornehmen lassen wollte. Durch die Intercession Rudolfs und des Königs Mathias wurde jedoch der Gerichtstag um einen Monat verschoben. Inzwischen gelang es Sarkander in der Nacht vom 24. auf den 25. December, trotz der Bewachung von 6 Haiduken, seiner Haft zu entkommen.

Eine ganz eigenthümliche Stellung nahm, wie bereits gesagt, in diesem Processe der Cardinal ein. Obwohl er alle Hebel in Bewegung setzte, um sich von dem Verdachte zu reinigen, von der Flucht Kenntniss gehabt zu haben, obwohl er alle, welche bei der Flucht thätig gewesen, mit dem Banne belegte, mehrere verdächtige Personen sogar ins Gefängniss werfen liess, wo einige starben, konnte er dennoch nicht dem Verdachte entgehen, umsomehr weil man wusste, dass er im verflossenen Jahre nur sehr ungern auf Seite des Königs Mathias getreten war.

Diese Worte glaubte ich nothwendig den Briefen vorausschicken zu sollen.

Digitized by Google

I. An den Troppauer Dechant.

1609. März 7. Kremsier.

Ex literis vestris duabus hujus decurrentis Martii Oppauiae datis difficultates et pericula, quae illic ecclesiae parochiali ob defectum sustentationis necessariae, ministris eiusdem ecclesiae assignandae, imminent, non sine moerore intelleximus. Est enim quod juste doleamus, ad tot tamque seria sacrae caesareae majestatis mandata ac frequentes literas et instantias nostras Oppauienses, veteri suae pertinaciae et errori inhaerentes, de redditibus et fructibus ecclesiasticis ibidem nondum quidquam ordinasse.

Quod vero opem subsidiumque nostrum pecuniarium hac in parte imploretis: equidem nihil accideret nobis gratius, quam ecclesiae sanctae ac religionis catholicae negocium hujusmodi munificentia et liberalitate nostra promouere; sed cum alia iam (ut nostis) via vitae vestrae rationibus prospexerimus, neque dicta ecclesia Oppauiensis de collatione et prouisione nostra esse dignoscatur, et inde non parum praejudicii episcopatui nostro subuerendum sit, si ad alendos propriis impensis nostris alienae ecclesiae ministros nos adstringeremus, facile liquebit postulatis vestris pro tempore satisfieri non posse.

Sed neque consultum est parochos Kaczeriensem et Jaktarensem[1] pensionibus insuetis grauare; quis enim imposito eiusmodi pensionis grauamine parochiale onus ibidem sustinebit? Nihilominus vobis ceterisque commensalibus vestris quam optime provisum esse satagentes: adiunctas commendatitias sacrae caesareae majestati et domino supremo regni Bohemiae cancellario inscriptas vobis Pragam abituris transmittimus, quarum tenorem ex inclusis originalium transumtis cognoscetis. Caeterum idem negocium ablegato nostro, quem intra biduum hinc Pragam expediemus, iubebimus esse magnopere commendatum. Faxit Deus ut rebus ex voto confectis incolumes quanto citius domum reuertamini. Datum Cremsirii 7. Martii anno 1609.

---

[1] Katscher, preuss. Schlesien; Jaktar, Dorf bei Troppau. Pfarrer im letzteren war Johann Sarkander.

Digitized by Google

II. An Wenzel Perger, Troppauer Caplan.

1609. Juni 18. In der Vorstadt Olmütz.

Cum Nicolaus Sarkander certas ob causas hic Olomucii arrestetur: tibi tenore praesentium serio praecipimus, quatenus illic pacifice et quam potes diligentissime officium sacellanatus administres, in causam dicti Sarcandri neque dictis, neque factis ullo modo te immisceas, sed uti virum probum et sacerdotem exemplarem decet, relictis procul omnibus, quae personam tuam non concernunt, secularibus negotiis, in hoc unice advigiles, ne ecclesia Oppauiensis aliquem in administratione diuinorum officiorum aliisque spiritualibus defectum vel detrimentum patiatur. Cujus quidem ecclesiae statum nobis per specialem hunc nuncium scripto explicabis, ut aliquem idoneum sacerdotem, qui te in laboribus subleuet, eo citius illuc mittere possimus.

Interim Joannis Sarcandri opera (sic) utaris, eidemque haec omnia, de quibus te monitum volumus, sancte una tecum obseruanda nostro nomine referto. Qui si in negotium fratris sui et nouitates quocunque modo se immiscuerit, nouerit se inde breui amouendum fore. Non secus uterque facturus. Datum in praeurbio Olomucensi, 18. Junii 1609.

III. An denselben.

1609. Juni 20. In der Vorstadt Olmütz.

Statum ecclesiae Oppauiensis ex literis tuis hodie perceptis intelleximus. Cupientes igitur summam, quam cum aliis eiusdem ecclesiae ministris pateris, rerum omnium inopiam benigne subleuare, pro paterna affectione nostra precibus tuis benigne inclinati, triginta florenos Morauicos in subsidium uitae tuae aliorumque tecum laborantium per praesentium latorem transmittimus, serio te monitum uolentes, ut eosdem in victum frugalem, obseruata parsimonia, expendas, neque inde quacunque de causa sine speciali consensu nostro te dimouere praesumas, neque patiaris, ut alii officiales, sine quorum opera dicta ecclesia consistere nequit, inde discedant, donec alio modo egestati ipsorum, quod Deo dante fiet breui, prouideamus. De reliquis, quae tui sunt officii, diligenter ut facis cura. Datum in praeurbio Olomucensi die XX. mensis Junii anno MDCIX.°

Digitized by Google

IV. An den Brünner Propst.

1609. Juni 30. In der Vorstadt Olmütz.

Cum Nicolaus Sarcander ob causas vobis haud dubie cognitas adhuc Olomucii arrestetur, neque rebus suis, quas forte adhuc Brunae repositas habet, prospicere valeat: operae pretium iudicauimus, ut totum id, quod in eiusdem canonicali domo Brunensi reperire est, facta inuentatione conscribatur et custodiatur, ne quid in illis detrimenti se accepisse quandoque conqueratur. Similiter cupimus, ut prouentus ex beneficio Brunensi eidem obuenientes suis temporibus colligantur seruenturque alicubi in ipsius, qui se omni penitus substantia exhaustum queritur, commodum et utilitatem. Prout certo nobis pollicemur d. vestram pro sua prudentia haec omnia diligenter fieri curaturam. Quam ex animo recte valere precamur. Datum in praeurbio Olomucensi, die ultima Junii anno MDCIX°.

V. An Wenzel Perger, Troppauer Caplan.

1609. Juni 30. In der Vorstadt Olmütz.

Etsi de tua in officio tibi commisso diligentia recte confisi minime ambigimus, te nihil eorum, quae nuper serio tibi mandauimus, praetermissurum: tamen hasce insuper nostras accedere voluimus, quibus te paterne iterum atque iterum commonemus, quatenus in eam curam unice incumbas, ne defectus aliquis in administratione diuinorum officiorum illic Oppauiae committatur. Cui quidem mandato nostro quo facilius obsequi valeas, priorum utriusque monasterii Oppauiensis, videlicet divini Wenceslai et sancti Spiritus, opem implorabis. Hos enim per adjunctas literas requirimus, quatenus tibi in cura animarum, aliisque divinis officiis rite et decenter peragendis, quoties opus fuerit, adsint auxilio consilioque juuent. Quodsi praeterea aliquo alio laboris tui collega et coadiutore necesse fuerit, nobis id quam primum significes, ut idoneam huiusmodi personam quo citius eo dirigamus. Cum etiam intelligamus, decanatui seu parochiae Oppauiensi nonnullos agros assignatos esse, certiores abs te fieri uolumus, an illi seminati sint nec ne? Quodsi consiti fuerint, dabis operam, ut adhibito praedictorum patrum priorum subsidio seges opportuno tempore colligatur conseruetturque in decani Oppauiensis et aliorum ecclesiae parochialis ibidem ministrorum sustentationem. Caeterum si quid

Digitized by Google

tibi caeterisque tuis coadiutoribus ad honestam uiuendi rationem necessarii defuerit, mature de hoc nos certiores redde; nullo enim pacto propter defectum temporalium opus Dei deseri uolumus, sed ipsimet subsidia vitae sponte propria benigne tantisper subministrabimus, donec melius ecclesiae Oppauiensi aliis remediis prouideatur. Datum in praeurbio Olomucensi, ultima Junii, anno domini MDCIX.

VI. An P. Felix Prior des Wenzels- und an den Prior des Franciskaner-Klosters in Troppau.

1609. Juni 30. In der Vorstadt Olmütz.

Statum ecclesiae parochialis Oppauiensis vobis perspectum esse haud diffitemur. Quae cum rebus sic stantibus, absente praesertim decano, viris prudentibus ac piis maxime indigeat, qui, sacellano ibidem remanente, in peragendis diuinis officiis et oeconomia, si qua illic est, administranda iuuent, eamque oneris et sollicitudinis partem, cui is insufficiens fuerit, ferre juuent: vos tenore praesentium paterne requirimus, ut in hac sacerdotum raritate dicto sacellano consilio et ope adsitis, quo et officia diuina more consueto in templo parochiali celebrentur, et frumentum ex agris parochialibus aliique fructus et prouentus suis temporibus colligantur, et in subsidium vitae ministrorum dictae ecclesiae reseruentur. Porro in hoc unice advigilate, ne ex defectu aliquo in spiritualibus commisso Oppauienses occasionem arripiant temporalia negandi, vel ob temporalium penuriam opus domini et plantandae sanctae orthodoxae religionis cura negligatur. Prout vero nobis persuademus, vos nihil industriae et operae pro gloria Dei, nostrae huius requisitionis intuitu, hac in parte intermissuros. Quibus de reliquo paternae beneuolentiae nostrae affectum reseruamus. Datum in praeurbio Olomucensi, die ultima Junii, anno domini MDCIX.

VII. An das Olmützer Capitel.

1609. Juli 15. Kremsier.

Fraternitates vestras minime latet, quanta cura et sollicitudine adnitamur, ut idonei et tam eruditionis, quam vitae probatae spectataeque sacerdotes in ducatum Oppauiensem mittantur, ne forte sanctae orthodoxae religionis vix summo cum

Digitized by Google

labore atque periculis eo quasi postliminio reductae inchoata plantatio cultorum et ministrorum ecclesiasticorum penuria deficiat. Quocirca cum rationabilibus de causis Joannem Sarcandrum in parochia Jaktarensi relinquere nequaquam consultum videatur et ipse ab onere sibi imposito liberari ultro petierit, parochiam praefatam Nicolao Cassouiadi cathedralis ecclesiae nostrae vicario et concionatori conferimus, ipsumque per investituram consuetam desuper confirmamus: cupientes et fraternitates vestras insuper paterne requirentes, quatenus eidem vicariatus sui titulo reservato ipsum quo citius dimittant, ut ille, qui nunc, dum vires supersunt, laborare non renuit, aliquando confectus ad dictum beneficium velut ad baculum senectutis refugiendi habeat facultatem. Quod fraternitates vestras ad postulationem nostram quouis sublato praejudicio facturas sperantes, eisdem consuetum benevolentiae nostrae paternae affectum offerimus faustaque omnia precamur. Datum Cremsirii in aedibus nostris episcopalibus, die XV. mensis Julii MDCIX.

VIII. An P. Alexander Quardian des hl. Geist-Klosters in Troppau.

1609. Juli 15. Kremsier.

Grata nobis accidit promtitudo vestra, studiumque indefessum, quod una cum P. Faelice monasterii sancti Wenceslai istic priore in iuuando sacellano parochialis ecclesiae impigre vos impensuros esse pollicemini. Ut igitur vicissim paternae benevolentiae nostrae affectionem vobis contestemur, cementum pro monasterii vestri restauratione subministrabimus, dummodo certiores reddamur, quot uecturis opus fuerit et quo in loco illud possit assignari. Nos de caetero precibus conuentus vestri diligenter commendamus. Datum in arce nostra episcopali Cremsirii XV. Julii MDCIX.

IX. An Wenzel Perger, Caplan in Troppau.

1609. Juli 15. Kremsier.

Magnus tuus rebus in aduersis animus, quem ex proximis literis te concepisse intelleximus, sane nobis perplacet: dummodo pergas fortiter nihilque moratus hominum terriculamenta ea, quae Dei sunt, constanter agas et officiis ecclesiasti-

Digitized by Google

cis rite peragendis diligenter, ut facis, advigiles. Si quid ad honestam vitae rationem necessarii tibi seu aliis ministris Oppauiensis ecclesiae desit et utrum auxilio sacellani Bohemici indigeas, nobis quam primum significato; nequaquam nempe subministrandis huiusmodi temporalibus eisdem deerimus. Parochiam in Jaktarz, qua Joannes Sarcander liberari ultro petiit, Nicolao Cassouiadi contulimus, qui, ubi opus fuerit, te in nonnullis laboribus poterit subleuare, et una tecum ecclesiae dictae regimini intendere. De reliquo gratiam et beneuolentiam nostram tibi reseruamus. Datum Cremsirii XV. Julii MDCIX.

X. An Wenzel Perger, Caplan in Troppau.

1609. Juli 30. Kremsier.

Ex literis tuis XXI. huius datis intelleximus, te aliosque tuos ecclesiae Oppauiensis comministros rerum ad sustentationem uitae necessariarum inopia premi. Quocirca ut huic difficultati paterne succurramus, subditis nostris Jaktarensibus per adjunctas capitanei nostri Cremsiriensis literas mandari iussimus, ut centum florenos Rhenenses ex censibus nobis debitis siue adhuc debendis pro sustentatione et stipendio tam tuo quam eorum, qui tecum in praefata ecclesia laborant, nec non pro operariis, quibus forte in collectione frugum hoc messis tempore opus fuerit, diuisim tibi assignent, medietatem unam statim, alteram vero ad festum divini Wenceslai. Quod utique subsidium prout ex paternae beneuolentiae nostrae affectu proficiscitur, ita et grate illud orationibus tuis compensabis et una cum caeteris collegis tuis in exequendis ecclesiasticis muniis nihil in te diligentiae desiderari patieris. Datum Cremsirii, XXX. Julii anno domini MDCIX.

XI. An den Papst.

1609. September 4. Kremsier.

Non ambigo, quin sanctitas vestra ex literis et diligenti relatione nuncii sui apud serenissimum Hungariae regem commorantis intellexerit abunde et intimo paternorum viscerum dolore sortem suorum miseratus filiorum alta mente perpenderit ea, quae hisce in partibus et nominatim in hoc marchionatu Morauiae ac dioecesi mea circa religionis negotium geruntur. Ubi equidem exulcerato hoc tem orc vix obductum haereticae

Digitized by Google

labis vulnus recrudescere, nutare corda pusillorum in fide, hostium ecclesiae numerum et vires inualescere, multa pro religionis libertate et reducendis erroribus olim abrogatis agi tractarique, pleraque inconuenientia in magnum catholicorum praeiudicium ultro citroque expostulari, nemo est, qui non videt.

Inter alia haec duo pars aduersaria, vi tantum, non aequitate causae nixa, sollicitat quam maxime: ut et usus sacri calicis ipsum petentibus in templis catholicis et communis cum aliis Christi fidelibus ecclesiasticae sepulturae locus et campanarum pulsus sibi concedatur.

Quorum utrumque etsi olim antecessores mei, apostolica dispensatione fulti (prout sanctitas vestra ex adiunctis breuium transumtis pluribus intelligere dignabitur), maioris alicuius inconuenientis causa durae ceruicis populo indulserint: ego tamen, animaduertens quosdam calicis usu haeresin suam palliare et zizaniorum sementem, quae magno cum fructu messis dominicae vix euulsa et suppressa fuerat, repullulare, non modo aboleui Olomucii Brunaeque et aliis multis in locis, quae sacris canonibus sunt contraria, sed etiam episcopatus ac vitae ipsius discrimen mihi prius ferendum iudicaui, quam ut importunis eorundem postulatis vel in minimo annuerem.

Interea cum non quiuis de vulgo, sed magis illi, penes quos rerum huius prouinciae summa est, praefatam calicis et sepulturae concessionem audentiores in dies urgeant, ad sanctitatem vestram supplex confugio, et beatissimis eiusdem pedibus aduolutus sanctitati vestrae id totum submississime committo, spe bona fretus fore ut sanctitas vestra tanquam sapientissimus pater vniuersalis ecclesiae videat, quonam pacto saluti animarum, quas Deus noster magno sanguinis sui precio comparauit, consultum iri possit.

Quodsi sanctitas vestra in aliquo praedictorum quidpiam de sacrorum canonum rigore remittendum censuerit, gratiam et dispensationem apostolicam (licet eam nec petam nec cupiam) humillime et obsequentissime expectabo, caeteroquin ne latum quidem unguem siue a proposito orthodoxae religionis, siue apostolicae sedis directione, etiam cum sanguine propugnandae, usque ad extremum vitae spiritum discessurus. Quae sanctitati vestrae pro officii mei debito reuerentur perscribere debui, cuius paternae protectioni et gratiae me, ecclesiamque meam

Digitized by Google

Olomucensem debita cum animi submissione et pedum osculo commendo. Datum Cremsirii IIII. Septembris MDCIX.

XII. An denselben.

1609. September 4. Kremsier.

Sanctitati vestrae non sine graui animi dolore, qua par est reuerentia humillime significo, quod, cum duobus abhinc annis ecclesia parochialis in ciuitate Oppauiensi dioecesis meae, eiectis haereticae pranitatis praedicantibus, laudabili augustissimi caesaris Rudolphi studio jurisdictioni meae summo cum labore et periculo aliquando tandem restituta esset, nihil magis mihi cordi fuit, quam ut sanctae orthodoxae catholicae religionis veritas, quadraginta propedum annis inde extorris, pulsis erroribus illuc quasi postliminio reduceretur, et tot animae, quas sat ampla et populosa ciuitas Oppauiensis fouet, ab interitu vindicarentur.

Eam igitur parochiam, cui decanatus eiusdem districtus adiunctus est, Nicolao Sarcandro dioecesis meae presbytero, canonico Brunensi, cuius et uitae probitas et eruditio passim commendabatur, loco et nomine suae maiestatis caesareae, ad quam jus patronatus ibidem spectare dignoscitur, contuli, ex anteactae uitae rationibus certam spem concipiens, ipsum uberem ex messe tam copiosa fructum (prout primordia laboris ipsius pollicebantur) relaturum.

Qui conditione suscepta cum praeter varias, quae circa parochianos, in veteri errore suo pertinaces, occurrebant, difficultates etiam rerum temporalium inopiam una cum capellanis aliisque sibi adiunctis ecclesiae ministris pateretur et Oppauienses, postpositis mandatis caesareis, prouentus ab antiquo ad eam ecclesiam et scholas ibidem pertinentes restituere, aliosque ecclesiasticos fructus soluere differrent, patrocinium majestatis caesareae instanter implorandum ratus, Pragam iterum atque iterum se contulit.

Ubi dum mense Majo hujus labentis anni versaretur, literas quasdam minus considerate ad familiares suos in ducatu Oppaniensi constitutos scripsit, quae in itinere cum aliis interceptae tandem ad manus statuum dicti ducatus deuenerunt.

Quibus sane literis cum praefati status, Oppaniae tunc congregati, non modo se graniter offensos putarent, verum etiam

Digitized by Google

marchionatui Morauiae nescio quid inde euenturum periculi metuerent, dictum Nicolaum Sarcandrum Praga reuersum per duos e medio sui ablegatos ad se accersunt, addito minaci mandato, ut nulla interposita mora sine omni renitentia illico se sistat, et in loco judiciorum compareat.

Ille ecclesiasticam libertatem frustra praetendens, et ad me tanquam loci ordinarium prouocans, forum seculare declinare conatus, tandem coram dictis statibus comparere coactus est. Ibidem igitur literae illae eius, quas fuisse dixi interceptas (quarum paria in latinum fideliter translata sanctitati vestrae sub literis A et B transmitto), publice lectae, et dictus Nicolaus Sarcander, an eas pro suis recognosceret, interrogatus, suas esse asseruit, manuque stipulata statibus praefatis promittere debuit, quod Olomucii coram me comparere vellet, prout et comparuit.

Postquam vero status Oppauienses euentum eius rei etiam statibus Morauiae communicassent, conuenerunt me supremus capitaneus aliique primarii marchionatus Morauiae officiales et judiciorum assessores, multa super illis Sarcandri epistolis conquesti.

Cumque earum argumentum ipsorum opinione magni esse momenti et totam patriam concernere videretur, statuerunt contra dictum Sarcandrum seuere proprio jure procedere, quibus me ita opposui, ut denique condescenderint, ipsum in tuta custodia usque ad ulteriorem, quam eidem intendere vellent, actionem sufficienter assecurari.

Et quia pro tempore custodia idonea nulla se offerret (rex enim domum inhabitabat episcopalem), in curia ciuitatis Olomucensis, et loco, ubi alioquin nobiles detineri mos est, eundem interea feci arrestari; quo in loco hodieque manet. Sic enim consultum existimaui, ut multas suspiciones subterfugerem, et si casu carcer violaretur, non ego cum periculo interitus ac exitii episcopatus mei, sed senatus Olomucensis, cui eiusdem custodiae cura incumbit, rationem reddere teneretur.

Posthaec saepedictorum statuum Oppauiensium deputati commissarii a statibus Morauicis pro comitiis Olomucii publice auditi Sarcandri dicti attentata in medium produxerunt, et quia inde non sibi tantum, sed etiam Morauiae toti vicinisque partibus periculum suboriri posse metuerent, lectae denuo sunt memoratae literae, decisumque, ut Sarcander per meos in praesentia

Digitized by Google

commissariorum serenissimi regis Hungariae etc. super quibusdam articulis ab iisdem statibus propositis interrogaretur, et sub conscientia sacerdotali de veritate dicenda examinaretur.

Quod dum XXV. Junii fieret, examinatus ille sub obligatione supradicta nil, quod causam eius quoque modo aggrauaret, sed tantum generalia quaedam ad interrogatoria sibi proposita respondit.

Cum autem pars aduersaria, nondum sibi satisfactum existimans, ad ulteriora progrederetur, grauius aliquid in dictum Sarcandrum statuisset, nisi serenissimus rex una mecum status praedictos, qui nescio quid proditionis et occultae machinationis subesse literis suspicantur et crimen laesae maiestatis asserunt, placare strenue adlaborassemus.

Postularunt a me nihilominus, ut saepedictus Sarcander torturae subiiceretur: quod dum illis multifariam abnuo, vix magno tandem labore extorqueo, ut is in custodia usque ad Nouembrem huius anni et nominatim ad festum divi Martini permaneat, ac deinceps Brunae iudicium impartiale per me constituatur, coram quo me praesente status saepedicti causam suam contra praefatum Sarcandrum agant et proponant. Nec horum quicquam per canonicum processum, sed secundum statuta prouinciae fieri volunt omnia.

Quanto iam in periculo, pater beatissime, verser, et quam angustiae sint mihi undique, prudentia sanctitatis vestrae videt. Si enim conatibus eorum palam restitero, ego una cum clero meo suspicionem incurram complicis et participationis eius criminis, cuius Sarcander insimulatur; simulque et maximo me periculo obiiciam, et pars aduersaria vi reum aggredietur, et, quod peius est, a secularibus iudicabitur. Sin autem cessero voluntati ipsorum, haud dubie miser ille sacerdos torturae subiicitur nec supplicium euadet.

Quid igitur mihi in praesenti difficultate faciendum, oraculum et informationem sanctitatis vestrae humillimis ardentissimisque votis expeto et expecto, eandemque pro tuendae immunitatis ecclesiasticae zelo rogo et obsecro, ut dignetur memorato serenissimo Hungariae regi perscribere, ut maiestas sua auctoritate regia interposita (quae utinam plurimum ponderis habeat) mihi in dicto negocio assistat opeque atque consilio memoratam causam ad exitum felicem deducere satagat.

Digitized by Google

Literas etiam apostolicas ad supremum camerarium huius prouinciae Ladislaum Popelium, fratrem supremi Bohemiae cancellarii, utilissimas hoc in negocio fore existimo, quibus sanctitas vestra ipsum de studio in religionem catholicam commendet et ad zelum viro catholico dignum paterne exhortetur.

Deinde sanctitati vestrae quam possum demississime supplico, si me meosque ecclesiasticos in criminalibus negociis eiusdem Sarcandri immisceri oportuerit, ut id tuta conscientia sine alicuius irregularitatis aut alterius poenae ecclesiasticae nota facere valeamus, apostolica authoritate licentiam gratiose largiatur.

Haec de Sarcandri negocio. Occurrit vero et alia episcopatum meum apprime concernens difficultas etc.

Quod reliquum est, beatissimis sanctitatis vestrae pedibus aduolutus eosdem reuerenter exosculor, meque totum et clerum meum cum commisso mihi grege sanctitati vestrae humillime commendo. Datum Cremsirii quarta Septembris MDCIX.

XIII. An Georg Schene, Caplan von Pruskau.

1609. September 23. Brünn.

Ex literis vestris XXVI. Julii in Bzenecz (Bisenz, Mähren) ad nos datis obseruantiae singularis, quem erga nos geritis, affectum simul et desiderium administrandi decanale munus in ciuitate Oppauiensi pluribus intelleximus.

Quod igitur ad praedictum decanatum attinet, vacat is quidem pro tempore, verum tamen de illo ante divi Martini ferias proximo Nouembri instantes certis et rationabilibus de causis disponere nihil possumus: non erit ingratum, si nos circa illud tempus commonefeceritis.

Perplacet nobis interea bonus vester in ecclesiam Dei et vineam domini excolendam animus: pergite modo et eundem constantem servate; nos de reliquo labores, quos procurandae animarum saluti impendetis, beneuolentia nostra paterna complectemur, promouendis per occasionem vitae vestrae rationibus neutiquam defuturi. Datum Brunae in aedibus nostris episcopalibus, die XXIII. Septembris MDCIX.

Digitized by Google

XIV. Auszug aus der Instruction über die Wahl des Fulneker Propstes.

1609. October 5. Kremsier.

Quam nos Franciscus miseratione diuina s. r. e. tituli sancti Siluestri presbyter cardinalis a Dietrichstein, episcopus Olomucensis, princeps etc. cupimus obseruari.

1. Pridie etc.

2. Quo ubi etc.

3. Ante omnia etc.

4. Postquam igitur etc. Insuper cum difficillimis hisce temporibus cum subditis aliisque externis difficilior sit agendi ratio, ipse praepositus Fulnecensis inter status ducatus Oppauiensis connumeratus, locum et vocem in publicis dicti ducatus conuentibus habere dignoscitur: praeterquam quod persona eligenda linguas huius prouinciae callere debeat, necesse est, ut in ea sit humanitati conjuncta authoritas, nec non rerum bene gerendarum usus, et rei oeconomicae bene administrandae studium et peritia. Hortabuntur igitur eosdem ad eligendum in conscientia talem, qualem modernus deploratorum temporum status maxime exigit, et ipsius monasterii, propemodum in structuris collapsi, ratio expostulare videtur.

5. Ad personas etc. 6. 7. 8. 9. etc. Datum Cremsirii in arce residentiae nostrae episcopalis, V. Octobris MDCIX.

XV. An den Olmützer Official.

1609. November 2. Kremsier.

Quid a nobis Nicolaus Sarcander patrocinii pro subeundo proximo judicio petat, ex eiusdem praesentibus inclusis pluribus intelligetis. Quid uobis videtur ipsi respondere curate: et si quid subsidii praestari potest, erit nobis acceptum. Recte in domino valete. Datum Cremsirii in arce residentiae nostrae episcopalis die 2. Nouembris MDCIX.

XVI. An denselben.

1609. December 2. Kremsier.

In literis paucas ante horas ad vos directis optare nos, ut vos in personali praesentia Viscouiae (Wichau, Mähren) pro die Veneris ob causas inibi expressas comparere valeatis. Nunc

Digitized by Google

vero rebus ita ferentibus non tantum optamus, sed etiam paterne hortamur et monemus, quatenus omnem moueatis lapidem et summo enitamini studio, quo crastino vespere una cum venerabilibus in Christo confratribus nobis sincere dilectis (quibus hanc voluntatem nostram per vos constare volumus) magistro Daniele Haylig et Thoma Nagalio, cathedralis ecclesiae nostrae Olomucensis canonicis, in praefata civitate nostra Viscouiensi certo adsitis, instructionem eorum, quae ibidem nostro nomine coram ablegatis statuum acturi estis, a capitaneo nostro Cremsiriensi et aliis commissariis vestris, qui una cum notario Zwetlero certo certius illic aderunt, accepturi.

Quod si legitimo valetudinis impedimento interveniente vobis venire foret impossibile, cum assessoribus nostris supradictis venire cupimus reverendum in Christo confratrem nobis sincere dilectum Martinum Wenceslaum praepositum.

Porro ad executionem latae sententiae propter inhibitiones a caesare et rege per specialia scripta factas aliisque iustis de causis in instructione exprimendis hoc tempore et die in sententia praefixa nullatenus procedere possumus.

Nihilominus executorem sententiae, de quo hodie scripsimus, cum instrumentis suis ibidem die Veneris summo mane vel antelucanum adesse volumus, ita ut commissariis statuum constet, nos nihil necessariorum ad executionem saepe dictae sententiae intermisisse, sed duntaxat propter allegatas in instructione causas ad eam procedi non posse. Haec pro informatione vos raptim celare noluimus. Datum Cremsirii die secunda mensis Decembris, anno MDCIX.

Note des Apographen. Non abhorret multum a veritate opinio, literas praecedentes rem Nicolai Sarcandri tetigisse; videtur enim in comitiis statuum Olomucii termino Martini celebratis gravis quaedam sententia lata, eius tamen executio cardinali commissa fuisse, qui vero omnia ad executionem necessaria instruxit quidem, ad illam autem propter inhibitionem caesaream et regiam procedere nec potuit nec voluit.

XVII. An den päpstlichen Nuntius in Prag.

1609. December 18. Kremsier.

Quales literae a capellanis Oppauiensibus de ecclesia filiali sancti Georgii ciuibus haereticis eiusdem loci tradenda hodie

Digitized by Google

ad manus meas peruenerint, et quid sacrae caesareae majestati in eodem negocio germanice scripserim, illustrissima et reverendissima dignitas vestra ex adiunctis perspiciet. Quodsi igitur res ita se habet, prout capellani praefati informant, non potest sane huiusmodi ecclesiae abalienatio non vergere in apertum praeiudicium ecclesiae meae iurisdictionis et in ruinam fundamentorum fidei et religionis catholicae, quae illic vix magno cum labore hucusque iacta sunt. Proinde dignitatem vestram illustrissimam impense oratam cupio, ut arrepta commoditate apud sacram caesaream maiestatem agere velit, ne quid in praeiudicium meum et apertum salutis animarum periculum statuatur, et ut nouus decanus nominetur sustentatisque ministris parochialis ecclesiae et scholarum assignetur, factura in eo rem ecclesiae fideique catholicae salutarem, officio suo dignam, et meis paratissimis studiis grate recognoscendam. Cui me meaque omnia officiose commendo. Datum Cremsirii XVIII. Decembris MDCIX.

XVIII. Den Troppauer Caplänen Wenzel Perger und Franz Parvus.

1609. December 18. Kremsier.

Ecclesiam filialem sancti Georgii in ciuitate Oppauiensi ex consensu sacrae caesareae maiestatis ad haereticorum manus deuenturam esse, ex literis vestris XVI. huius datis dolenter intelleximus. Et cum in nostra minime consistat potestate caesareis obsistere mandatis, ideirco ferendum, quod anteuerti et caueri non potest. Interea tamen quia dictae ecclesiae abalienatio iurisdictioni nostrae ecclesiasticae (si ita est, quemadmodum informastis) aperte derogare dignoscitur: ideo suae maiestati caesareae scribimus, dignetur clementissime prospicere, ne quid in praeiudicium iurisdictionis nostrae praefatae statuatur. In quibus literis etiam sustentationis vobis et aliis parochialis ecclesiae Oppauiensis ministris assignandae iterum meminimus. Addidimus quoque alias ad dominum nuncium apostolicum literas, quibus eidem hoc idem negocium impense commendamus. Interea vos, quae vestri sunt muneris, diligenter curate ac missis omnibus extraneis et officium vestrum non concernentibus mutuae paci, pietati bonisque moribus studete. Haec pro respono vos celare noluimus, quibus ad gratiam pa-

Digitized by Google

ternumque affectum declarandum de caetero benigne dependemus. Datum Cremsirii, XVIII. Decembris MDCIX.

Postscripta manu propria. Forti animo laborate et non turbemini, memor ero laborum vestrorum. Actum ut in literis.

XIX. An den Kaiser Rudolf II.

(Uebersetzung aus dem Deutschen.)

1609. December 19. Kremsier.

Quid afflicti capellani et ecclesiae Oppauiensis officiales iterum me informando scripserint, sacra caesarea maiestas vestra ex adiunctis clementer intelligere dignabitur.

Et licet non sine dolore perspexerim, religionis negocium in ciuitate Oppauiensi optatos progressus minime habiturum esse, adduci tamen nequeo, ut fidem adhibeam, eam immutationem factam et ecclesiae sancti Georgii abalienationem (quae hactenus tanquam filialis parochialis ecclesiae ibidem per capellanos catholicos administrata et divinis officiis necessariis prouisa pro virili fuit) cum benignae maiestatis vestrae caesareae assensu, nisi forte per sinistram informationem me inaudito et plane inscio, aduersariae parti traditam esse.

Cogor proinde sacrae caesareae maiestati vestrae humillime supplicare, dignetur clementissime disponere, ne praefata ecclesia mihi tanquam loci ordinario praeter omne ius et fas subtrahatur, simulque serio demandare, ut miseris sacerdotibus et scholarum officialibus illic in summa penuria adhuc haerentibus debiti prouentus pro necessitate uitae tuendae ac sustentandae (prout maiestas vestra caesarea de facto senatui ibidem iniunxit) tribuantur.

Per hanc enim praedicantium introductionem accidentia pauperum catholicorum capellanorum, cum certatim plebs ad illos ruat, penitus cum summo ipsorum detrimento minuentur et nisi sacrae caesareae maiestatis vestrae, quod caput est, zelo ac protectione subleuentur, omnia ad extremum interitum vergent, neque coram Deo praepotenti poterunt excusari.

Insuper maiestatem vestram humillime peto, dignetur maiestas vestra caesarea se benigne resoluere de decano nouo in locum Nicolai Sarcandri sufficiendo: hic enim, quemcunque res eius habiturae sint exitum, ad eam dignitatem multoque minus ad locum praedictum minime idoneus dignoscitur.

Digitized by Google

Quemadmodum non ambigo, sacram caesaream maiestatem vestram pro innato suo erga religionem catholicam feruore atque zelo, tanquam primaria eiusdem columna, omnibus supradictis salutariter prospecturam meque una cum toto clero meo in caesarea et regia sua gratia clementissime conseruaturam: cui me obsequentissime commendo. Datum Cremsirii XIX. Decembris MDCIX.

XX. An das Olmützer Capitel.

1609. December 25. Kremsier.

Quam omnis fidei propriique honoris penitus immemor Nicolaus Sarcander hac praecedente nocte ex custodia arcis Viscouiensis effugerit, fraternitates vestrae ex adiunctis intelligent, simulque quanta nobis, ecclesiae cleroque nostro inde discrimina et difficultates (pro dolor) impendeant, eaedem pro sua discretione perspicient.

Si quae proinde media, quibus vel profugus ille homoque leuissimus intercipi aut remorari vel subsecuturis periculis occurri possit, fraternitates vestrae nobis communicare valeant, ea ne intermittant pro communi bono, toto cordis affectu impensissime rogamus. Datum raptim Cremsirii XXV. Decembris, anno MDCIX.

Postscripta. Officialis noster, ut statim diu noctuque Vniczouiam (Mährisch-Neustadt) proficiscatur, vel si hoc ei impossibile, duos illic destinet, quatenus illic est, capiant et senatui ibidem nostro nomine arrestandum tradant vel eum Olomucium ad carceres securos deferant, volumus: dictoque officiali sub poena disgratiae nostrae praecipimus.

XXI. An dasselbe.

1609. December 26. Kremsier.

Redditae sunt nobis fraternitatum vestrarum literae, quas ex perditi illius Sarcandri eruptione plurimum doloris percepisse intelleximus, simulque gratum nobis extitit fraternitatum vestrarum studium, quod et in illum profugum inquiri et aliis exinde orituris periculis et difficultatibus occurrere curent. Quod si vero fraternitates vestrae hisce diebus, priusquam ad judicia publica prouinciae Olomucensis celebranda

Digitized by Google

veniamus, aliquos e medio sui ad nos destinaverint, qui in praesenti negocio fraternitatum vestrarum consilia nobis communicent, fraternitatum vestrarum voluntati relinquimus. Nos enim quo minus vel Olomutium vel alio hac aëris tempestate conferamus, non tantum valetudinis nostrae ratio, verum etiam alia certa obstant impedimenta. Cogitamus nihilominus propediem illustrem dominum capitaneum prouinciae, qui Przerouiae (Prerau, Mähren) est, conuenire et cum eodem de praedicto casu conferre. Hesterno quidem vespere Salinam nostrum ad dictum capitaneum cum originalibus capitanei Viscouiensis literis dirigimus, qui hodie reuersus hoc responsi attulit, dictum dominum huiusmodi casum dolenter ferre, plurimum vero timere, ne quid sinistri status de nobis suspicentur et male nobiscum contenti sint de profugo tam male custodito.

Nos summam diligentiam adhibuimus, ut et profugus ille inquiri et capi, tantisque inde emersuris difficultatibus mederi possit; statim enim atque nuncius literas Matthaei Rudinsky ad nos detulit, capitaneum nostrum Cremsiriensem Viscouiam ipsa densissima nocte destinauimus, qui praefatum Rudinsky ceterosque, quibus captiui sufficienter custodiendi cura incumbebat, arrestari curaret.

Quia uero in curia ciuitatis Viscouiensis ob detrimentum fulminis proxime perpessum minime tutus minusque commode seruari potest, dictum Rudinsky breui Cremsirium deferri curabimus.

Fratres quoque dicti Sarcandri seculares, tam is, qui Tissnouiae (Tischnovitz, Mähren), quam qui alibi habitant, ut capiantur ordinauimus. Senatui insuper Viscouiensi hodie propositis nouis ciuitati eidem immunitatibus et priuilegiis perscripsimus, per omnia loca profugum diligentissime perquiri faciant (promisso 200 tallerorum his, qui quaesitum invenerint, praemio), aliosque ut idem agant et nihil intentatum relinquant induximus: quod etiam per fraternitates vestras aliis significari et vulgo innotescere cupimus. Insuper nunciis apostolicis tam Pragensi quam Viennensi casum scripto atque ore tenus per seruitores nostros celeriter utrobique insinuari curauimus.

Particularia de fuga Sarcandri ex relatione dicti capitanei nostri Cremsiriensis haec sunt. Quod Sarcander praecedentibus diebus cum quibusdam campanatoribus Viscouiensibus conuersationem habuerit. Ipsa vero natiuitatis domini vigilia, in qua

Digitized by Google

frater, qui est Tisnouiae, cum accesserat, vinum sublimatum ex ciuitate ad se 2 k. deferri curavit. Summoque vespere custodibus siue haydonibus cereuisiam (ignoratur vnde eam acceperit), quam somniferis aliquibus pharmacis confectam fuisse existimant, bibendam tradidit: exhausta illa monuit eos ut a lusu abstinerent et ad quietem se conferrent; ita factum ut dormiente, quod nunquam alias acciderat, negligenteque vigilia obscura natiuitatis domini nocte tempore matutinarum per ostium custodiae egressus vigilesque transiens per fenestram arcis in fossam valli se dimisit et cingulum atque cultrum tanquam indicia, ex quibus haec conjiciuntur, reliquit: fossis vero ac vallo superatis una cum puero sibi serniente, haud dubie practicae adhibitae conscio, erupit. Fugam vero ejusdem paululum ante auroram fuisse animaduersam. Equestres quoque inquisitores (de quibus Rudinsky in literis suis meminit) nihil de profugo rescire potuisse. Porro ex haydonibus illis ad custodiam Sarcandri destinatis tres in carceribus publicis ciuitatis Viscouiensis totidemque in turri arcis ibidem asseruantur. Demum fraternitates vestras paterne requirimus, ut duos e gremio suo ad P. rectorem collegii nostri Olomucensis destinent, qui eundem nostro nomine serio moneant: si quis collegii ejusdem vel domus probationis Brunensis (cujus rectorem per P. Joannem Dechkerium statim moneri volumus) praeviam aliquam fugae praefatae notitiam habuerit, vel aliquid huiusmodi sciant vel scire possint (nouimus enim multos e societate addictos Sarcandro), in tempore nobis significent, nisi grande aliquod inde periculum sibi et dictis collegiis euenturum (quod absit) expectare malint. Tandem si quod latet, reuelabitur. Haec fraternitatibus vestris perscribenda duximus: easdem rectissime ex alio valere cupientes. Datum Cremsirii 26. Decembris MDCIX.

Postscripta. Hodie ad dominum capitaneum prouinciae proficiscemur, collaturi cum eo, quae fuerint necessaria. Nobis propterea consultum videtur, ut per patentes nostras profugum sub poena excommunicationis et priuationis beneficiorum ac ordinum omniumque priuilegiorum ecclesiasticorum solemniter citemus: omnesque fugae et profugi authores, fautores, receptatores conscios ac non reuelantes eadem excommunicationis sententia plectamus, dictaque citatio valuis ecclesiae nostrae Olomucensis affigatur, Pragamque ac Viennam ad nuncios apostolicos dirigatur. Si hoc medium fraternitatibus vestris dictoque

Digitized by Google

domino capitaneo expedire videbitur, secretarium nostrum latinum, qui de formula citationis cum officiale conferat, Olomucium dirigemus; quo palam fiat, nos nulla ad inuestigandum profugum possibilia media intermisisse. Datae vt in literis.

XXII. An den Erzbischof von Prag, an den Cardinal und Erzbischof von Gran, an den Erzbischof von Cöln, an den Bischof von Breslau, an den Bischof von Krakau, an Khlesel und andere Prälaten verschiedener Provinzen.

1609. December 31. Kremsier.

Grauissima curarum moles, quam vel unius dioecesis meae clerici Nicolai Sarcandri, hactenus decani Oppauiensis, temeritas humeris meis ferendam imposuit, urget me, ut impendentes mihi ecclesiaeque meae difficultates communicem, et rebus in aduersis eiusdem amica subsidia pro ea, quae cum mihi intercedit confidentia, implorem. Cuius equidem Sarcandri propter obiecta sibi crimina (prout N. N. ex adiunctis perspiciet atque ab aliis pridem haud dubie cognouit) decenti custodia saepti per insuetas vias turpissima fuga cum me et episcopatum meum in graue discrimen adduxerit: inusta insuper ordini ecclesiastico per dioecesim meam inaudita sinistrae suspicionis fideique violatae macula personas complures tam sontes quam insontes in capitis periculum coniecerit: necessario tantis inde emergentibus malis mature occurrendum ratus, adiunctas citationis literas typo commissas non modo per dioecesin meam in primariarum ecclesiarum valuis affigi, sed etiam in alia vicina loca ac finitimas regiones dispergi curaui. Eius vero exemplar dil. vestrae etc. transmitto, maiorem in modum ab eadem petens, quatenus illud seu per affixionem ad valuam ecclesiae suae siue alio congruo medio publicari et in aliorum notitiam deuenire faciat.

Insuper si dictum profugum in dioecesin, ditiones seu loca iurisdictionis dil. vestrae deuenire contingat, velit eadem pro boni communis studio sanctaeque justitiae prehendae amore per suos curare, ne illic cuiusquam fauore fretus ulla fugae inueniat receptacula, sed potius (nisi salutari poenitentia ductus, vltro ad saniorem mentem et loca unde turpiter digressus etiam redeat) arrestatione, captiuatione aliisque opportunis remediis adhibitis reducatur.

Digitized by Google

Quo praestito dil. vestra etc. me gravi sollicitudinis onere, ecclesiam uero meam non exiguo discrimine leuabit, paratissimaque officia mea sibi plurimum deuinciet, cui illa meque totum ad seruiendum omni occasione oblata vicissim offero dedicoque: et propediem exorituri anni plurimorumque subsequentium decursum felicissimum ex animo precor et opto. Datae Cremsirii vltima Decembris anno domini MDCIX.

XXIII. An den Official.

1609. December 31. Kremsier.

Reuerende etc. Etsi multorum relatione iam perceperimus, Sarcandrum Pragam uersus iter arripuisse ac Mezericium diuertisse: suasum tamen verum secuti specialem tabellarium in Telcz et Zeletau (Teltsch und Scheletau) cum patentibus nostris expediuimus, parochis locorum in virtute sanctae obedientiae praecipientes: si quid de Sarcandro resciuerint, de hoc in veritate sub conscientia sacerdotali nos plenius informent. Nihil praeterea diligentiae omittimus in eo investigando: Salinam enim Pragam in dicto negotio dirigimus: iamque propemodum 70 exemplaria per dioecesin nostram et extra dimisimus, non dubitantes, heri 30 et amplius exemplaria hinc ad vos delata esse. Hisce illuscentis novi anni exordium etc. Datae Cremsirii vltima Decembris MDCIX.

XXIV. An Wenzel Perger.

1609. December 31. Kremsier.

Quam turpiter Nicolaus Sarcander ex custodia arcis nostrae Viscouiensis profugerit, inusta sibi totique dioecesis meae clero perfidiae nota nobisque et ecclesiae nostrae grauissimis difficultatibus comparatis, ex adiunctis pluribus intelliges. Quibus omnibus vel maturo remedio prospiciamus et profugus inquisitus ad nos reducatur, patentes hasce edi curauimus: earum tria exemplaria tibi transmittentes, ut unum statim in ecclesiae parochialis Oppauiensis valuis, alia vero in monasteriis Dominicanorum et Franciscanorum affigi cures. Praeterea tibi in virtute sanctae obedientiae mandamus, ut des operam, quatenus res et bona mobilia dicti Sarcandri, si quae Oppauiae relicta sunt, diligenter inuententur et custodiantur ad vlteriorem nostram dispositionem, excepto frumento, quod in vsum colle-

Digitized by Google

garum tuorum ecclesiaeque dictae Oppauiensis conuertere poteris, ita tamen ut expensarum rationem suo tempore reddere possis. In quo noueris te voluntati nostrae satisfacturum. Datum Cremsirii in arce residentiae, ultima Decembris MDCIX.

XXV. An Johann Benczik, Dechant und Pfarrer in Teltsch, und an Georg Coelens, Pfarrer in Scheletau.

1609. December 31. Kremsier.

Mittimus tibi adjunctum patentium nostrarum exemplar in causa Nicolai Sarcandri, quem ex custodia arcis nostrae Viscouiensis profugisse haud dubie intellexisti. Quod simulatque perceperis, illico parochialis ecclesiae, cui praeesse dignosceris, valvis affigi curabis. Quia vero eundem Pragam versus iter arripuisse constat, tibi in virtute sanctae obedientiae praecipimus: si quid de dicto Sarcandro Telczium transeunte cognoueris, de eo in veritate sub conscientia sacerdotali nos plenius informes. Non secus facturus. Datae Cremsirii in arce residentiae nostrae episcopalis, vltima Decembris MDCIX.

XXVI. An den Dechant von Ostrau.

1610. Mai 9. Kremsier.

Quanta inconvenientia in sacellanis Oppauiensibus in diuturna decanatus illius vacantia committantur, ex adiunctis capellani Bohemici literis pluribus intelliges. Vt igitur plura eiusmodi absurda et mala inde emergentia maturo remedio anteuertantur: tibi commitimus et iniungimus per praesentes, ut visis hisce nostris illico Oppauiam excurras, parochialem domum, ecclesiam et scholas inspicias, quem ordinem ac viuendi rationem sacellani aliique ministri ecclesiastici teneant, inquiras, utrum in officio suo diligentes? an concordes et pacifice, an oeconomiae studiosi sint, scruteris; similiter utrum vel populus catholicus contra illorum aliquem, vel ipsi invicem querelas habeant et an aliquis correctione, informatione et innouatione indigeat? utrum consultum sit, ut moderni sacellani vel alter eorum inde amoveantur novique substituantur (quod tamen hoc tempore durum nobis videtur, donec resolutio sacrae caesareae maiestatis de nouo decano instituendo venerit), et ut uno verbo comprehendamus hanc commissionem, omnia et singula ibidem agas et facias, quae alioquin in visitationis officio cum plenis-

Digitized by Google

sima potestate nostra agere et facere possis, quemadmodum de tua discretione recte confisi speramus te omnia supradicta et reliqua, quae causa rei tulerit, prudenter ad satisfactionem nostram gesturum, acturum et compositurum. Volumus autem, ut visis cognitisque omnibus, quae tibi videnda et cognoscenda sunt, amplam informationem de omnibus praedictis ad nos transmittas, tuamque simul sententiam, quid videlicet in vnaquaque re tibi videatur, nobis declares. Quae vero ipse personaliter corrigere, reformare, emendare et componere poteris, prout optime in domino videbitur, praestes et perficias, nostrae in hoc benignae voluntati obsequenter satisfacturus. Datum Cremsirii 9. Maij 1610.

XXVII. An den Erzherzog Leopold.

1610. August 16. Kremsier.

Serenissime et reverendissime princeps, domine domine observandissime. Constare dilectioni vestrae serenissimae non ambigimus, in quae discrimina ecclesiam nostram Olomucensem totumque eiusdem dioecesis clerum coniecerit quidam Nicolaus Sarcander decanus Oppauiensis: dum e Viscouiensis arcis nostrae custodia (in qua propter objecta sibi a statibus Morauiae crimina, a quibus coram nobis, tanquam ordinario eius causae iudice, se legitime non purgauerat, asseruabatur) erumpens et se vere reum docuit et ordini simul ecclesiastico, hac in patria ab omni eiusdem modi macula hactenus semper immuni, grauem turpitudinis notam inussit atque adeo ingentem curarum molem humeris nostris imposuit. Quare ut ab omni sinistrae machinationis suspicione nos et clerum dictae dioecesis nostrae apud eos, quorum interest, puros contestaremur, non tantum demissis longe lateque literis patentibus (prout dilectio vestra serenissima ex adiuncto exemplari intelligere dignabitur) profugum studiose perquiri et inuestigari, licet incassum, fecimus: verum etiam cautelam futurarum difficultatum, quae ex fuga dicti Sarcandri nobis et ecclesiae nostrae impendent, capitaneum dictae nostrae arcis, cuius ille curae commissus fuerat, carcerisque custodes, insuper tres germanos profugi fratres, de auxilio fugienti praestito forte suspectos, et quempiam dioecesis nostrae parochum, fugae promotorem, diuersis pro cuiusque statu custodiis tradi et vinculis mancipari iussimus. Quorum hic vitam in captiuitate finiit: caeteri vero decimum iam mensem in car-

Digitized by Google

ceribus agentes partim moerore et squallore confecti valetudinis tet rerum suarum iacturam patiuntur, partim uincti in mendicitate et ferro tabescunt. Caeterum siquidem praefati status marchionatus Morauiae causam dicti Sarcandri nobiscum tractandam et terminandam magis ac magis, hoc est ad publica prouinciae comitia, quibus certum tempus minime praefixum est, differunt: ne interea supradicti uincti ad extremum exitium una cum liberis et conjugibus suis rediganturr: libertati ac saluti eorum, nec non ecclesiae nostrae propter fugam Sarcandri suspicionibus laboranti quoquo modo consuli posse existimamus, si repertus ille profugus, cuius causa ea calamitatum tempestas exorta est, in aliqua sufficienti custodia tantisper asseruaretur, donec certiores de eius arrestatione facti, quid ulterius de eo statuendum sit, uideremus.

Quia uero hic multorum fide digna relatione diuulgatur, saepedictum Sarcandrum in dioecesi dilectionis vestrae serenissimae et nominatim in ciuitate Passauiensi palam obuersari, impense pro amore iustitiae a dilectione vestra serenissima petimus: quatenus toties dictus Sarcander, ubicunque tandem locorum in iurisdictione dilectionis vestrae serenissimae deprehensus fuerit illico omni necessario arrestandi et captiuandi medio adhibito sufficienter asseruaretur, donec serenissimus dominus noster tam per dilectionem vestram serenissimam, quam per nostras literas de eo consulatur. Quod equidem dilectionem vestram serenissimam apud suos tanto libentius effecturam sperare licet, quanto magis eidem cordi esse solet iustitiae aequitatisque prouectio et uicinitatis, mutua animorum consensione connexa salus. Si enim uicini, hi praesertim quos Deus posuit regere ecclesiam suam, in rebus huiusmodi grauissimis omni iure concessa sibi negauerint auxilia: quid reliquum erit, quam ut ecclesiarum immunitates multifariam impugnatae sensim labefactentur et intereant, ac uicissim dioecesani dilectionis vestrae serenissimae, si qui successu temporis (quod absit) fuga salutem in hac prouincia quaesierint, securitatem minime sperare possint? In bonam igitur spem de dilectionis vestrae serenissimae erga iustitiam sanctam studio erecti certo persuasum habemus, illam pro ecclesiae christianae clerique et uinctorum supradictorum salute et libertate nihil, quod ius aequumque postulaverit, omissuram esse.

Digitized by Google

Cui de reliquo paratissima obsequia deferentes omnium incrementa bonorum a Deo praepotente euenire cupimus et ex animo precamur. Datae Cremsirii 16. Augusti 1610.

NB. Sed primum missae sunt hae literae die 12. Octobris anno ut supra.

XXVIII. An den Troppauer Vice-Dechant Wenzel Perger.

1611. April 27. Kremsier.

Honorabilis in Christo nobis dilecte. Noueris, quod ad supplicationes parochianorum in Jaktarz (Jaktar bei Troppau) parochiam nostram ibidem honorabili Francisco Paruo collegae tuo, iuxta ac promiseramus, contulimus: hac tamen certa conditione, ut is, donec aedes parochiales dicti loci extruantur, usque ad festum sancti Michaelis Oppauiae tecum et cum altero capellano remaneat ac officia diuina (in quibus neque te exemtum putes) per uices hebdomadarie obire iuuet: et ex fructibus hoc anno colligendis pensionis loco, quae duntaxat ad beneplacitum nostrum durabit, pro hoc medio anno unam maldratam siliginis et duas auenae in communem ministrorum ecclesiae parochialis beatae Mariae virginis Oppauiae sustentationem et usum tibi circa dictum festum sancti Michaelis det et assignet. Quod se facturum iuxta benignam dispositionem nostram recepit. Caeterum illum citius quam te promoveri grauiter ne tuleris, volumus enim, ut tua diligentia et constantia ansam nobis praebeat tibi quandoque meliorem et honestiorem conditionem oblata occasione conferendi. Prout de reliquo gratiam tibi nostram reseruamus. Datae Cremsirii 27. Aprilis 1611.

XXIX. An den Troppauer Vice-Dechant und den Pfarrer in Jaktar.

1611. Mai 3. Kremsier.

Franciscus etc. Honorabiles in Christo nobis dilecti. Fuit apud nos venerabilis et religiosus frater P. Felix monasterii sancti Wenceslai ordinis praedicatorum Oppauiae prior, et inter alia nonnulla nobis de statu ecclesiae catholicae Oppauiensis satis deplorando coram exposuit. Unde animaduertentes nos, dicti prioris opem atque subsidium praefatae ecclesiae nobisque et nostris cooperatoribus non inutilia, imo percommoda fore, vobis per hasce iniungimus, ut eiusdem patris prioris consilium

Digitized by Google

et auxilium in occurrentibus necessitatibus imploretis et adhibeatis. Et quia intelligimus, etiam inter vos mutuas esse altercationes et discordiarum minime populum christianum aedificantium semina: ideo paterne ac serio vos commonendos duximus, ut ab huiuscemodi animorum dissensionibus, quam chara est vobis gratia nostra, penitus abstineatis, quin potius mutuo vos amore invicem prosequendo, pacifice ac modeste uiuatis, et quidem tu, Francisce, vicedecanum per nos institutum congruo honore et debita obedientia praeuenias: quod etiam tertio illic sacerdoti et reliquis eiusdem ecclesiae ministris dictum et mandatum putes, ne nobis ansa praebeatur non tantum vos non promouendi, sed etiam pro ratione delicti castigandi. Benignam voluntatem nostram paternaque monita in praemissis impleturi, ac non secus facturi. Datae Cremsirii 3. Maij 1611.

XXX. An den Troppauer Vice-Dechant Wenzel Perger.

1611. Mai 22. Prag.

Franciscus etc. Honorabilis in Christo nobis dilecte. Accepimus tuas et aliorum intercessionales literas, petentium tibi in decanatu et parochia ciuitatis nostrae Müglicensis (Müglitz, Mähren) per obitum Martini Maueri vacante prouideri. Caeterum optime meministi, quid hactenus tibi promotionem petenti responsum fuerit: nimirum exulcerato hoc tempore et tristi ecclesiae Oppauiensis statu innouationem ecclesiasticorum ministrorum illic institui nec posse nec debere: quemadmodum in hisce rerum disturbiis neque nostrae Müglicensi ecclesiae de legitimo decano atque parocho ita subito prouisum iri existimes. Itaque delatam tibi Oppauiensis vicedecanatus prouinciam ea qua hactenus sedulitate constanter administrabis: nos enim deinceps, prout tua postulabunt merita, promouendis vitae tuae rationibus benigne prospecturi sumus, hoc interea te pro responso celare nolentes. Datae Pragae 22. Maij 1611.

XXXI. An die Archidiacone der Olmützer, Brünner, Znaimer und Troppauer Provinz.

1611. Juni 30. Kremsier.

Reverende (vel) venerabilis. Archidiaconos episcoporum oculos non immerito nuncupari in confesso est: ad eorum enim spectat officium ea diligenti inspectione scrutari ac perlustrare,

Digitized by Google

quae episcopi, in sublimi ecclesiae specula constituti et hoc exulcerato tempore variis publicae christianae reipubliae negotiis quibusdam quasi nebulis distenti ac circumfusi, intuitu suo personali assequi et comprehendere nequeunt. Porro nos, qui inter alias pastoralis sollicitudinis curas humeris nostris impositas hactenus a dioecesis nostrae archidiaconis in reformandis cleri moribus ac visitationibus diligenter faciendis iuuandi et ea curarum mole leuandi eramus, haec quidem magis hucusque ab ipsis expectauimus, quam actu ipso experti sumus. Hinc enim quod illi in officio suo remissiores neque visitationes ullas a longo tempore habuerint neque alias in vitam ac doctrinam sacerdotum curatorum inspexerint, tanta morum in clero dissolutio atque in divino cultu et sacrorum administratione chaos et confusio secuta ac magno nostro et bonorum omnium dolore animadversa est, ut metuendum iam sit, ne oues pretioso Christi sanguine redemptae ab illis ipsis suis pastoribus et animarum curatis occasionem scandali atque ruinae capiant, a quibus salutaris doctrinae pabula vitaeque inculpatae exempla sumere debent. Cui malo ut maturum adhibeatur remedium, vobis coniunctim ac separatim unicuique vestrum authoritate nostra ordinaria committimus et iniungimus per praesentes, ut a modo in officii uestri archidiaconalis functione maiorem adhibeatis operam ac industriam: ante omnia vero visitationes diu intermissas sub poena priuationis archidiaconalis uestri muneris quam primum resumatis easque temporibus a sacris canonibus praefixis diligenter peragatis ac frequentetis, inque vitam et mores cleri, cui animarum cura commissa est, inuigilantes, quae reformatione et correctione compereritis indigere, reformetis et corrigatis, grauiora uero atque ad loci ordinarium proprie spectantia ad nos uel officialem et consistorium curiae nostrae episcopalis referatis. Huic enim non ita pridem in reformatione dicti consistorii de corrigendis clericorum curatorum moribus specialiter commisimus. Quare etiam cum dicto officiale et consistorio frequentius posthac, quotiescunque necessitas postulaverit, de clero in officio suo continendo tractabitis: sic ut per mutua auxilia euellantur ex vinea domini Sabaoth, quae nociua sunt germina, plantae uero utiles ac fructuosae optata sumant incrementa. Quemadmodum de uestra pietate ac religionis zelo optimum persuasi non ambigimus, vos in praedictis omnibus et singulis huic certae uoluntati nostrae vestroque officio debite

Digitized by Google

satisfacturos. Recte in Deo ualete. Datae Cremsirii ultima Junii 1611.

XXXII. An den Karwather Pfarrer Johann Sarkander.

1611. Juni 30. Kremsier.

Franciscus etc. Honorabilis in Christo nobis dilecte. Accepimus literas tuas 29. huius datas, admirati magnopere insperati propositi tui praeposteram rationem, utpote qui cupias ab administratione parochiae Karuatensis[1] ob redituum eius, ut praetendis, tenuitatem absolui et sacellanatus officium spe honestioris stipendii suscipere. Et quidem quoad dictae parochiae prouentus, cum ex illis duo canonici Strigonienses, paucis abhinc annis propter belli Hungarici disturbia exules, de benignitate nostra honeste uixerint eoque nomine magnas nobis gratias egerint, ac nouissime etiam venerabilis et nobilis Tiburtius Borinsky de Rostropitz, canonicus ecclesiae nostrae Olomucensis, in tantum ea contentus fuerit, ut in illa post resignationem per nos eidem factam diutius remanere non modice optarit: ideo non aliter persuasum habuimus, quam te quoque in eadem constitutum de tenuitate fructuum conquirendi minimam habiturum occasionem. Sed utut sit, aliud nobis maiorem occasionem praebet: quod nimirum vix carcere solutus et adhuc sub fideiussoribus existens remotiores partes affectes et hoc tempore, quo omnia suspecta habentur, nouas suspicionum sinistras ansas subministres. Itaque si alium illic parochum loco tui substitui desideras, bene quidem, sed tu non alio quam Cremsirium reuocaberis, ob dictas enim causas praesertim sine fideiussorum scitu et consensu, utpote quibus de loco, ubi moreris, constare debet, hinc te procul abesse non conuenit. His tamen omnibus non obstantibus, si Kawka tui demissionem apud nos requisiuerit et, quotiescunque opus fuerit, te sistere noluerit et de hoc nos assecurauerit, non prohibebimus, quin eidem tua obsequia impendas. Quae pro responso te benigne celare noluimus. Datae Cremsirii ultima Junii 1611.

[1] Johann war nicht vor Georgi 1611 in die Pfarre von Karvath eingesetzt worden und hatte ihr kaum 2 Monate vorgestanden. Note des Wenzelides.

Digitized by Google

XXXIII. An den Karwather Pfarrer Johann Sarkander.

1611. Juli 12. Kremsier.

Franciscus etc. Honorabilis in Christo nobis dilecte. Cum ex secundis literis tuis cognouerimus, te nihilominus uti antea proposito pristino et renunciationi parochiae Charuatensis inhaerere, equidem te pro festo diui Michaelis proxime instanti isto, quod moleste sustines, onere absoluemus: sed si deinceps uitae tuae rationibus minus sufficienter pro uoto et affectu tuo prouisum fuerit, non alteri quam tibi ipsi culpam adscripseris, utpote cuius lubricum et mutabile ingenium facit, quod cum parochianis minus quiete uiuere possis. Praestitisset autem hoc exulcerato tempore, quo subditos alienos ad exactum illum et omnibus numeris absolutum religionis catholicae cultum et ordinem cogere difficile est, uulgaris linguae cantiunculas dissimulando tolerare, quam nouitates aliquas cum vulgi perturbatione sine nostro scitu instituere: proinde erga ouiculas fidei tuae concreditas ita te imposterum geres, quemadmodum antecessores tuos catholicos citra conscientiae grauamen aut offendiculum erga parochianos se gessisse cognoueris, ac de reliquo in officio tuo sedulus quieti studebis, ne uel tibi uel fideiussoribus tuis molestiam ulteriorem parias. Quae ad secundas tuas tibi benigne duximus rescribenda. Datae Cremsirii 12. Julij 1611.

XXXIV. An Felix von Vilna, Prior der Dominicaner bei s. Wenzel in Troppau.

1611. August 4. Kremsier.

Franciscus etc. Venerabilis et religiose in Christo nobis sincere dilecte. Non desinunt nos continuis grauare querimoniis venerabilis vicedecanus et caeteri capellani parochialis ecclesiae beatae Mariae virginis Oppauiae defectum sustentationis necessariae proponentes et, quemadmodum ex adiunctis literis dicti vicedecani latius patet, subsidium nostrum, quod frequenter hactenus experti sunt, humili cum instantia exorantes. Quia uero praeter fructus agrorum, quos hactenus perceperunt, etiam pensionem trium maldratorum frumenti a parocho nostro Jaktariensi eisdem dandam nuper adiecimus, non aliter persuasum habuimus, quam eo medio victus eorum rationibus sufficienter fore prouisum: verum cum illi nihilominus iteratis precibus

Digitized by Google

opem nostram implorare non cessent et nos de praetensis ipsorum defectibus ac rerum penuria euidentem non habeamus notitiam, paterne a uobis requirimus, ut visis et bene perspectis fructibus et obuentionibus nec non expensis quotidianis et tam dictorum capellanorum quam aliorum praefatae ecclesiae ministrorum salariis plenam et amplam super his relationem nobis faciatis, si quod opportunum nobis occurrit medium, quo egestas eorum subleuari queat, illud nobis insinuare non omittatis. Pro quo studio vestro atque erga nos obseruantia prolixam paternae beneuolentiae nostrae affectum uobis pollicemur. Datae Cremsirii 4. Augusti 1611.

XXXV. An den Troppauer Vice-Dechant Wenzel Perger.

1611. September 10. Kremsier.

Honorabilis in Christo nobis dilecte. Accepimus literas tuas 4. huius mensis datas una cum adiunctis rationibus annuis prouentuum et expensarum. Sed cum non videamus aliquod te tuosque collegas iuvandi et uitae uestrae rationes augendi remedium, nisi sua maiestas regia tanquam dux, collator et patronus loci autoritatem suam interponat: ideo te cum adiunctis hisce literis nostris ad illustrissimum et reuerendissimum dominum nuncium apostolicum Viennensem, qui nunc cum sua maiestate regia in Silesiam profectus est, remittimus: cui necessitates tuas et aliorum commensalium tuorum, nec non ecclesiae Oppauiensis causam apud suam maiestatem promouendam impense commendauimus. Itaque ad praefatum illustrissimum dominum nuncium te conferes et necessitates tuas tuorumque coram opportune, impense et fuse expones. Speramus illustrissimam et reuerendissimam dilectionem suam te benigne audituram et effecturam esse, ut tandem aliquando rebus ecclesiae Oppauiensis a sua maiestate regia per institutionem noui decani et prouentuum hactenus detentorum restitutionem et solutionem melius prouideatur. Quod ubi factum fuerit, non erimus immemores tui inde ad meliorem, uti obnixe hactenus petiisti, conditionem transferendi ac promouendi. Quae pro responso te benigne celare noluimus. Datae Cremsirii 10. Septembris 1611.

Digitized by Google

XXXVI. An den päpstlichen Nuntius.

1611. September 10. Kremsier.

Illustrissime ac reuerendissime domine, domine obseruandissime. Meminisse dignabitur dilectio vestra illustrissima et reuerendissima, quae superioribus diebus sub finem mensis Junii in causa decanatus Oppauiensis biennio et ultra iam uacantis, nec non capellanorum aliorumque ministrorum parochialis ecclesiae ibidem ei perscripserim et quam impense dilectioni vestrae illustrissimae ac reuerendissimae deplorandum iamiam labescentis illic religionis, tanto labore reductae, statum recommendauerim. Nunc vero quantis iterum precibus et lamentis vicedecanus loci praefati (per me interea pro meliori dictae ecclesiae regimine institutus) ad me recurrat, quamque dolenter suam et collegarum suorum in vitae necessariis penuriam et defectum ob oculos ponat, dilectio vestra illustrissima et reuerendissima ex originalibus eius literis nec non ex adiuncta rationum nobis transmissarum notula et ore tenus ab eo ipso pluribus haud grauate intelliget. Quae quidem lacrymae cum inde solum emanent, quod in tam diuturna decanatus vacantia census et alii prouentus a ciuitate Oppauiensi dictae ecclesiae ministris ab antiquo debiti denegentur, ac praeterea quotidiana pro sacrorum administratione, ut uocant, accidentia illis ab haereticis illuc in ecclesiam sancti Georgii reductis (ad quos plebs omnis accurrit) intercipiantur: miseratus ergo pauperum illorum inopiam non tantum de aere meo proprio eleemosinam suppeditaui, sed etiam remedii tempestiui causa tam antea plures ad sacram caesaream, quam a tempore suscepti regiminis ad suam regiam maiestatem et alios regni Bohemiae officiales literas misi et pericula ecclesiae Oppauiensis ex praedicto sustentationis necessariae defectu et longiore decanatus vacatione imminentia pluribus insinuaui. Sed cum ad eas nihil hucusque responsi vel effectus boni viderim, proinde iustissima Dei causa permotus dictum vicedecanum ad dilectionem vestram illustrissimam et reuerendissimam remitto et eandem pro suo in religionem sanctam luculenter hactenus contestato zelo quam possum maxime rogatam cupio, dignetur haec omnia suae maiestati regiae ob oculos ponere eidemque author et suasor esse, ut afflictam dictae ecclesiae et ministrorum eius conditionem benigne intueatur: et mora longiore postposita aut decanum autoritate ordinaria

Digitized by Google

per me illic plene instituendum nominet et nominatum Oppauiensibus proponat, aut certe eius nominandi plenam mihi facultatem impertiatur: ac praeterea dictis Oppauiensibus serio mandet, ut detentos census et quoscunque ad dictam ecclesiam parochialem et alias eidem incorporatas filiales spectantes prouentus quam primum solvant ac deinceps suis certis ac debitis terminis sine tergiuersatione soluere ac deponere teneantur. Dico enim et iterum repetendo dico: nullum superesse ad miseros et egentes ecclesiasticos Oppauienses iuuandi uel ruinam ecclesiae et religioni illic imminentem auertendi remedium, nisi ut maiestas regia authoritatem suam hic interponat et, quod sui tanquam ducis Oppauiensis nec non collatoris et patroni dictae ecclesiae est officii, mature ac zelose faciat. Ac nisi sua maiestas regia opportune succurrerit, necesse est, ut dicti capellani aliique ministri ecclesiastici rerum necessariarum inopia pressi inde discedant et ecclesiam catholicam haereticorum hanc praedam accidissime (sic! auidissime?) expectantium periculo, ipsa uero religionis illuc quasi postliminio vix reductae initia ruinae exponant. Quod si forte (auertat Deus) acciderit, nulla mea culpa id euenturum protestor et conscientiam meam ea in parte exoneratam volo; nihil enim intermisi aut auxilii aut consilii, quibus ecclesiam praefatam iuuari posse arbitratus sum. Nam praeterquam quod institutionem noui decani et prouentuum detentorum restitutionem ac solutionem scripto per integrum biennium sollicitaui et eleemosynas non exiguas suppeditaui, etiam anno praecedente parochiae meae Jaktariensis prouentus, praesenti uero anno pensionem quamdam frumentariam in dicta parochia Jaktar erectam magna meorum reclamatione pro honestiore sustentatione saepedictorum ecclesiasticorum contuli et assignaui. Quae cum illi omnia sibi non sufficere querantur, una mecum spem in suae regiae maiestatis patrocinio unice repositam habent, sperantes suam maiestatem pro laudatissimo domus Austriacae in ecclesiam Dei zelo effecturam esse, ut religio catholica, Oppauiam sacrae caesareae maiestatis auspiciis non ita pridem reducta, sub tutela sacrae maiestatis regiae conseruetur et in dies maiora percipiat incrementa. Haec dilectionem vestram illustrissimam et reuerendissimam ex officio loci ordinarii celare nolui, cui de reliquo me meaque omnia defero et omnia in Deo felicia euenire exopto. Datae Cremsirii 10. Septembris 1611.

Digitized by Google

XXXVII. Recess für die katholischen Geistlichen Troppau's.

1611. November 22. Kremsier.

Illustrissimus ac reuerendissimus princeps ac dominus dominus Franciscus sacrae Romanae ecclesiae cardinalis a Dietristain, sanctae sedis apostolicae a latere legatus apostolicus, episcopus Olomucensis etc., princeps et dominus noster, clementer literas ministrorum catholicorum ecclesiae beatae Mariae virginis Oppauiae accepit et ex illis afflictam dictae ecclesiae et ministrorum ejus statum, eorundem in vitae necessariis inopiam et defectum intellexit. Cumque illustrissima et reuerendissima sua celsitudo propediem ad serenissimum et potentissimum Vngariae et Bohemiae regem profectura sit: idcirco apud suam maiestatem regiam (ad quam jus patronatus dictae ecclesiae pertinet), ut saepedictae ecclesiae statui et eorum, qui in ea Deo deseruiunt, vitae rationibus salubriter prospiciatur, pro paterna sua cura et sollicitudine coram tractare dignabitur. Interea de speciali illustrissimae et reuerendissimae suae celsitudinis mandato latori dictarum literarum haec recognitio data est. Datae Cremsirii 22. Novembris 1611.

Nachtrag.

Einen wesentlichen Beitrag zur Aufhellung der in der Correspondenz des Cardinals Dietrichstein berührten Verhältnisse dürfte ein Brief bieten, dessen Original ich im mährischen Landesarchive zu Brünn (sub Nr. 5592; rückwärts: L. 5) auffand.[1] Er stammt aus der Feder des Troppauer Dechants Nikolaus Sarkander, ist gerichtet an den bereits erwähnten Prior des Troppauer Dominikaner-Klosters, Felix de Vilna, und datirt: Prag, 13. Mai 1609.

Er ist von grösster Wichtigkeit schon deshalb, weil man bisher nur zwei Briefe von der Hand Sarkanders, die er von Prag aus schrieb, kannte, einen vom 12., einen v. 14. Mai,[2] besonders aber dadurch, weil sein Inhalt es ausser allen Zweifel setzt, dass der Dechant in den politischen Agitationen Rudolfs eine höchst wichtige Rolle spielte, dass er also mit vollem

[1] Archivar Vincenz Brandl, dem ich meinen wärmsten Dank zolle, ermöglichte mir mit grösster Bereitwilligkeit die Benützung desselben.

[2] Vgl. Chlumecky a. a. O. p. 649 ff.

Digitized by Google

Rechte dessen Werkzeug genannt werden muss. Damit wäre zugleich die im Eingange berührte Streitfrage endgiltig entschieden. Zum Verständniss des im Briefe Mitgetheilten vgl. man den Inhalt der drei schon bekannten Briefe bei Chlumecky a. a. O.[1] Der Brief selbst lautet:

Pax Christi! Mi reuerendissime pater, adhuc semel moneo, exhortetur dominus princeps ille noster[2] ad patientiam tolerandam; breui imponetur omnibus finis ut bonus ita fructuosus. Quae prioribus Boemica inclusi, quaeso laceretis et nihil ulli mortalium dicatis, nam hic multa iubentur, quorum nos postea poenitet. Exspectemus potius fundamentum; cum renouatione senatus caute quaeso procedatis, uti prioribus monui. Exhortatio seria prius istis modernis per dominum Pertoldum fiat; inobedientia, contemptus mandatorum, coniuentia uulgi illis exprobretur, tum demum renouatio inchoetur. Silesij huc iterum ueniunt, timendum, ne se Boemis rebellibus coniungant. Si umquam paericlitabatur ecclesia Christi, iam paericlitatur. Vos tum non curate, sed forti animo estote, diligenter dominum exorantes. En mitto vestrae reuerentiae quattuor Germanicos praecatorios libellos, ut eos domino Brabanski soli tradat, illustrissimo principi mittendos, ab eo ualde rogatus fui, ut illi tales compararem, suscipiat bonus princeps a paupere grato animo.

Vbi domum reuersi fuerimus, singula, quae hic aguntur, fuse explicabimus. Ecclesias meas una cum ipsarum ministris reuerentiae vestrae commendo. Valete feliciter. Datae Pragae 13. Maij anno 1609, reuerentiae vestrae seruus in Christo Nicolaus Sarcander.

Adresse: Admodum reuerendo in Christo P. fratri Felici de Wilna ordinis praedicatorum ad s. Venceslaum Oppauiensium priori dignissimo praesidi colendissimo Oppauiae.

---

[1] Es sind die auch in der Einleitung berührten Briefe.

[2] Es ist Adam Wenzel Herzog von Teschen.

Druck von Adolf Holzhausen in Wien
k. k. Universitäts-Buchdruckerei.

Digitized by Google

Archiv

für

österreichische Geschichte.

Herausgegeben

von der

zur Pflege vaterländischer Geschichte aufgestellten Commission

der

kaiserlichen Akademie der Wissenschaften.

Fünfundvierzigster Band.

Wien, 1871.

In Commission bei Karl Gerold's Sohn

Buchhändler der k. Akademie der Wissenschaften.

Digitized by Google

Druck von Adolf Holzhausen in Wien
k. k. Universitäts-Buchdruckerei.

Digitized by Google

Inhalt des fünfundvierzigsten Bandes.

pag.

Das Reformations-Libell des Kaisers Ferdinand I. vom Jahre 1562 bis zur Absendung nach Trient. Von Dr. Th. Sickel 1

Regesten zur Geschichte des Herzogthums Troppau (1061—1464). Von Franz Kopetzky 97

Correspondenz des Cardinals Franz Fürsten von Dietrichstein (von 1609—1611). Mitgetheilt von Richard Trampler 277

Liber cancellariae Stanislai Ciołek. Ein Formelbuch der polnischen Königskanzlei aus der Zeit der husitischen Bewegung. Herausgegeben von Dr. J. Caro 319

Digitized by Google

LIBER CANCELLARIAE

STANISLAI CIOŁEK.

EIN FORMELBUCH

DER

POLNISCHEN KÖNIGSKANZLEI AUS DER ZEIT DER HUSITISCHEN BEWEGUNG.

HERAUSGEGEBEN

VON

DR. J. CARO

PROFESSOR.

Digitized by Google

Als Ernst Hennig im Auftrage der baltischen Ritterschaft die Abschrift der für die Geschichte der Ostseeprovinzen wichtigen Urkunden aus dem Königsberger geheimen Archiv besorgte, deren Auszug später C. E. Napiersky unter dem Titel: Index corporis historico-diplomatici Livoniae, Esthoniae, etc. Riga und Dorpat 1833/35 in zwei Foliobänden herausgab, machte er zuerst in einer Anmerkung zu einer Urkunde v. J. 1412 (Nr. 651) auf den Codex der kgl. Bibliothek zu Königsberg (Mscrpt. Nr. 1555) aufmerksam und fügte hinzu, derselbe enthalte mehrere wichtige Materialien zur Geschichte Polens. Für seinen Zweck enthält die Handschrift in der That zu wenig, als dass Hennig sich mit ihr eingehender zu beschäftigen gehabt hätte. Mehr Aufforderung dazu hatte Johannes Voigt, dem sie jedoch bei der Abfassung seiner ‚Geschichte Preussens' unbekannt geblieben ist. Erst in seinem 1863 herausgekommenen Werke: ‚Erwerbung der Neumark, Ziel und Erfolg der brandenburgischen Politik unter den Kurfürsten Friedrich I. und Friedrich II.' hat er dieser Quelle einige Aufmerksamkeit zugewandt, und sogar von den auf die Erbverschwägerung des brandenburgischen Kurfürsten Friedrich I. mit dem Könige Władysław Jagiełło bezüglichen Stücken drei (Beill. I,[1] V und VI) abgedruckt, während er in den Anmerkungen zum Text hier und da eine erläuternde Stelle excerpirte. Wo der Hauptwerth der Handschrift liegt, da reichte sein Interesse nicht hin.

Die Handschrift selbst ist ein kleiner dicker Quartband von Papier; nur der Titel steht auf einem Pergamentblatt und

[1] Die bei Voigt als Beil. I. abgedruckte Urkunde ist aus dem zweiten Theil unserer Handschrift entnommen, der uns vorläufig hier nicht angeht.

Digitized by Google

lautet folgendermassen: Liber cancellarye Reuerendi patris domini Stanislai Colyek Epi. poznaniensis Tunc cancellarii excellentissimi principis domini regis polonie Wladislay, decreta Stanislai Czyensky plebani in Gywanowicze. Et in eodem continetur formulare consistory pro omnibus formis et instrumentis. Hierauf folgt von einer anderen Hand: Magro. prussie Magnifico ac venera(bi)li domino lodwigo de Erlichshausen ordinis sancte marie Je(ro)solimitane domus theutonicorum de prussia amico nobis dilecto. Darin will Hennig in der oben angeführten Stelle bei Napiersky (I, p. 159) eine Andeutung finden, dass das Buch ‚an den Hochmeister Ludwig von Erlichshausen gekommen sei.' Dem glaube ich mich aber um so weniger anschliessen zu dürfen, als man dann aus den weiterhin auf dem Blatte wieder von einer andern Hand verzeichneten Worten: Erico dei gracia Dacie Swecie Nowergie gottorum Slavorum regi ac domino pomoranie principi nostro carissimo schliessen müsste, dass es auch an K. Erich gekommen sei, was ja unstatthaft ist. Vielmehr erkenne ich in diesen beiden letzten Inschriften lediglich Federproben, wie deren zum Theil unleserlich in Fracturschrift noch mehr auf dem Pergamentblatte zu finden sind. Auf der Kehrseite des Titelblattes steht eine unvollständige Urkunde des Starosten Albert Malski (um 1440 locumtenens des Königs in Grosspolen, gestorben 1453), von dem sich auch in der Handschrift selbst (Blatt 167—170) drei Urkunden, eine mit dem Datum 1444, finden. Gleich hinter diesen Urkunden erscheinen vier Indulgenzbriefe für die Kirche von Gywanowicze, von denen auf dem Titel Kunde gegeben wird.

Die ganze Handschrift zerfällt in drei Theile, von denen der erste (Blatt 1—102) den Liber cancellariae des Stanislaw Ciołek enthält, der zweite (Blatt 103—177) eine Masse an die polnische Königskanzlei gekommene und von ihr ausgegangene Briefe nebst den Urkunden Albert Malski's und den erwähnten Indulgenzbriefen umfasst. Der dritte Theil endlich, der noch unendlich viel schlechter, ungleichmässiger geschrieben ist und bei weitem verbrauchter und verwischter aussieht, ist in der That ein wirkliches Formulare consistorii zu rein praktischem Gebrauch. Es hat eine eigene von vornherein gesetzte alte Paginirung (1—97) und davor ein erschöpfendes Inhaltsverzeichniss. Mitten unter den Consistorialformularien aber finden

Digitized by Google

wir (von derselben Hand und in dem Inhaltsregister auch verzeichnet) Dichtungen in Distichen von höchst schmutzig obscönem Inhalt. Unter einer derselben steht in Fractur Ovidius de arte amandi imitatus, sequitur (de) pulice Ouidius, und dann wieder an einer andern Stelle derselben sequuntur metra pulera. Auf der letzten Seite des Buches endlich ist ein Epitaphium abgeschrieben, dessen Inhalt ein so interessanter Beitrag für die Geschichte des Peter Wlast ist, dass ich es schon um der Spärlichkeit einschläglicher Nachrichten willen hier ganz hersetze, insoweit die verwischte Schrift sich ermitteln liess.

Epitafium militis Petri qui fuit septuaginta templorum constructor et iacet in Strzelno. [1]
Petrus templorum decies septemque duorum
Huius fundator domus, ac deuotus amator
Cleri, iam senus domini formidine plenus
Linquens instanter, rabidum mundum vementer
Intrauit mille post partum virginis ille
Annis C solum sic et L tribus III sociatum
Optemus celi iubilum sibi mente fideli
Templo trinitati deus alme resiste recenti
Et veniam scelerum concede fouentibus ipsum.

Anno domini MCCXVI consecrata est ecclesia Strzelnensis a venerabili patre Barthkone episcopo Cruschuiciensi ad peticionem Cristini filii magni Petri comitis inclito duce Cunrado regnante. In honore sancte Trinitatis sancteque Marie virginis et aliorum sanctorum.

Wir haben es jedoch nur mit dem ersten Theile der Handschrift zu thun und stellen zunächst die Persönlichkeit des Stanisław Ciołek ins Licht. Er stammte aus einem berühmten und hochadeligen Geschlechte; sein Vetter Andreas Ciołek von Zelechow hatte die Ehre das dritte polnische Fähnlein in der Schlacht bei Tannenberg zu führen (Długosz XI, 240) und brachte es zuletzt sogar bis zum Starosten von Grosspolen (Invent. arch. Crac. p. 276); auch der Episcopat von Polen hatte bereits mehrere Ciołek's aufzuweisen, von denen besonders der Bischof Andreas Ciołek von Płock um das Jahr

[1] Vgl. jedoch Długosz H. P. V, 465. Von der Gründung der Kirche in Strzelno durch Peter Wlast spricht auch dieser, aber dass er einen Sohn Cristinus hatte, ist, so viel ich weiss, nicht bekannt gewesen. Sage und Geschichte Peter Wlasts bedürfen noch einer kritischen Bearbeitung.

Digitized by Google

1253 zu nennen ist (Dlug. VII, 733). Er selbst gibt im Jahre 1422, da er als Zeuge in dem grossen Process zwischen Polen und dem deutschen Orden auftrat, sein Alter auf vierzig Jahre an (Działyński, Lites et res gestae inter Polonos ordinemque Cruciferorum II, p. 287); er muss also um 1382 geboren sein.[1] Ebendieselbe Zeugenaussage gibt uns von dem Unterricht, den er genossen, einen guten Begriff; er beruft sich darin auf seine ‚vielfältige Lectüre vieler Chroniken und alter Historien,' ferner auf sein Studium der Legende des heiligen Adalbert und namentlich alter Privilegien; weiterhin nennt er sogar unter den Chroniken, die er gelesen, eine besonders ‚ubi tractatur de finibus regni,' von der wir wohl sie noch zu besitzen wünschen möchten. Er muss schon frühzeitig in die Königskanzlei eingetreten sein, denn er behauptet die Diffidationsurkunde von 1409 vom polnischen Könige an den deutschen Hochmeister gesehen und gelesen zu haben, und 1411 sogar den Friedensverhandlungen bei Thorn als ‚unus ex consiliariis regis' beigewohnt zu haben. Dass er in der Kanzlei sehr bald eine nicht geringe Bedeutung erlangte, geht schon daraus hervor, dass ihm die Abfassung der grossen Urkunde über die Union von Polen und Litthauen zu Horodło übertragen wurde (Działyński, Statut Litewski p. 20). Seitdem finden wir seinen Namen bei fast allen wichtigeren Diplomen der nächsten zwanzig Jahre. Auch in der geistlichen Hierarchie hatte er schon nicht unbeträchtliche Stellen erlangt; er wurde canonicus Sandomiriensis, cantor Cracoviensis, custos Gneznensis (Wuttke, Städtebuch des Landes Posen p. 53) und aspirirte auf den nächsten besten Bischofssitz. Um so mehr durfte er erwarten dieses Ziel zu erreichen, als der König ihm sehr gewogen war[2] und ihn bei sehr wichtigen Angelegenheiten als Botschafter an auswärtige Potentaten verwendete. (So in den Verhandlungen mit K. Sigismund 1410, Dlugosz XI, 217; ferner 1420 bei K. Sigismund, um eine Milderung des Breslauer Spruchs zu bewirken, Działyński, Lites etc. II, 297: tamquam unus de

aliis baronibus in loco illorum cum consulibus et communitatibus Pragen. aliisque militibus, clientibus et de civitatibus quibuscunque, siue sint magistri, sacerdotes aut alie persone ecclesiastice uel seculares, cuiuscunque status, condicionis aut preeminencie fuerint, quos ad audienciam in Bruna ciuitate marchionatus Moravie per dei gratiam liberam et pacificam habendam secum adduxerint uel nominauerint, a C vsque ad mille tam in personis, equis et rebus aliis auctoritate presentis littere damus nostrum securum et liberum saluum conductum et plenariam securitatem, vt a regibus, principibus ecclesiasticis et secularibus, ducibus, comitibus, baronibus, militibus, clientibus, ciuibus et aliis hominibus quibuscunque, qui pro nobis uel nostri causa faciunt uel dimittunt, quod erunt tuti ab omni violencia et impeticione tam racione iuris ecclesiastici quam secularis, ita quod eis non fiat aliqua impressio nec coarcio. Et mandamus eciam quod contumelia et detraccio quecunque a nulla persona ipsis inferatur, sed quod libere ad dictam ciuitatem Brunensem venire poterint ibique stare et super articulis et punctis concernentibus statum ecclesiasticum et secularem racione quorum proch dolor iam a diu in regno Bohemie viguerunt et vsque hodie et dissensiones et adhuc vigent, quidquid voluerint pro ipsis articulis et punctis declarandis racione informacionis loqui, dicere, audire, allegare, conferre et videre eciam magistraliter et scolastice. In qua audiencia promittimus bona nostra fide regia nulla racione uel causa qualicunque excogitata impedimentum parare nec manumittere per nos uel alium quemcunque ecclesiasticum seu
7b secularem et quod quecunque | persona in huiusmodi audiencia velit ipsis quibuscunque adinvencionibus aut occasione quacunque manum mittere uel impedimentum parare, quod hoc

---

aber aus Nr. LXXVII. unten (in dem Abschnitt ad primam partem, wo K. Sigismund diese Verhandlungen recapitulirt) zu ersehen, genügte der eingesandte Entwurf den Pragern nicht und sie schickten einen Gegenentwurf, den Sigismund wieder ausschlug, weil die Laien bei der Disputation eine Stimme hätten haben sollen. — Ob nun der vorliegende Entwurf wirklich der von K. Sigismund den Pragern zugesandte, oder ob es nicht vielmehr der von den Pragern dem Könige zugemuthete ist und somit in der Ueberschrift statt forma saluiconductus missi eher f. s. mittendi zu lesen wäre, will ich dahin gestellt sein lassen. Bedenkt man, dass in diesem Entwurf gerade vorzugsweise ‚die Laien' in's Auge gefasst sind, so möchte man sich eher für die letztere Meinung entscheiden.

Digitized by Google

nulla racione admittemus, ymo volumus eos tueri et defendere toto nostro posse absque omni dolo et fraude. Qua audiencia finita uel non finita possint dicti barones (Bohemie et[1]) Morauie Pragen. et alie ciuitates, milites, clientes, magistri, sacerdotes et omnes alii supradicti ad propria libere et secure sine offensa qualicunque personarum, bonorum et rerum redire et reuerti. Et omnia premissa promittimus nostra regia bona fide absque omni dolo et fraude prescriptis baronibus Bohemie et Morauie Pragen. militibus, clientibus, magistris, sacerdotibus et omnibus ciuibus aliisque qui cum ipsis ad predictam audienciam venerint et cum ipsis fuerint pro nobis et omnibus nostris et eciam omnibus aliis qui nostri causa faciunt et dimittunt hanc nostram presentem securitatem et conductum in omnibus his punctis et articulis tenere et implere et integre obseruare. Et ad fidem omnium premissorum etc.

V.

Littera regni (sic) Polonie domino duci missa.[2]

Magnifice et preclare princeps, frater noster carissime! Preteritis diebus sacratissime Pasche nobis in Kalis existentibus feria quarta eiusdem festi proxime preterita venerunt ad nos ibidem venerandus in Christo pater et preclarus p. Conradus senior episcopus Wrat(islaviensis) et Kanthsky frater eiusdem Slesie duces cum consiliariis suis sub salvo conductu, quem ipsis per magnificum Martinum Siradien(sem) dedimus, prout

[1] Fehlt im Codex.

[2] König Wladyslaw Jagiello an den Grossfürsten Witold. Die Demüthigung der schlesischen Herzöge und ihr Bestreben mit dem polnischen Hofe wieder in Einvernehmen zu gelangen, wurden hervorgerufen durch den Umschwung der Politik K. Sigismunds gegen Polen, der (nach einem Bericht des Ordensmarschalls vom 6. Januar 1423 an den Hochmeister im königsb. Archiv; Grünhagen, Geschichtsquellen der Hussitenkriege, Script. rer. Siles.: VII p. 28, wo auch noch andere sehr interessante einschlägliche Materialien geboten sind) im Winter 1422—23 an einer Coalition Ungarns, der schlesischen Städte und Fürsten, der Lausitz und des Ordens wider Polen arbeitete, um Ostern 1423 jedoch sich mit Jagiello völlig wieder aussöhnte (Caro, G. Pol. III. 570). Die compromittirten und verlassenen Herzöge suchen, wie wir hier sehen, wieder die Hand des polnischen Königs. Da Jagiello das Osterfest 1423 mit dem König von Ungarn zusammen in Leutschau beging, so muss die hier geschilderte Audienz 1424 stattgefunden haben, und zwar, da Ostern damals auf den 23. April fiel, am Donnerstag den 27. April.

Digitized by Google

eciam alias, ut vestre constat fraternitati, a nobis postularunt. Qui dum eadem die a nobis pecierunt audienciam, ex certis causis et signanter deuocione predictorum dierum sacratissimorum occupati in diem crastinam hoc est in feriam quintam distulimus ipsis dandam, quam cum ipsis predicto die aduenientibus in cubiculo nostro dedissemus, ante omnia et antequam que volebant proponere proponebant, voluimus iniurias et dispicencias (sic), que pro tunc cordi et memorie nostre occurrebant, ab ipsis nobis illatas exponere eisdem nostro conductu in omnibus
8a et per omnia semper saluo, | qui contenti audiuerunt humiliter stantes coram nobis et nulla valentes, quamuis per nos multiplicatis vicibus peterentur, sedere racione. Primo ergo reducentes ipsis ad memoriam aui et patris bone memorie et in parte amiciciam ipsorum, quam mutuo nobiscum in edendo et bibendo habuerunt, et eciam caritatem et fauorem quibus ipsos prosequebamur, honoremque impensum euceniando et munerando eosdem crebris vicibus, quibus ipsos ad nos vel vestram fraternitatem venire contingebat, per modum querele exposuimus, quomodo ipsi, dum sensissent displicenciam ad gwerram tendentes inter nos ab vna et Cruciferos de Prussia suboriri partibus ab altera, cum predictis Cruciferis contra et aduersus nos et regnum nostrum legacionem quandam fecerunt litteris et sigillis ipsorum roboratam, ex qua, si deus ipsos triumphare permississet, per sortes seu per partes regnum nostrum prefatum ex contractu et legacione prefata diuidere debuerunt in nostrum dedecus et contemptum. Cuius lige hucusque litteras detinent apud se Cruciferi predicti;[1] ad quod episcopus predictus frater et con-

[1] Am Dienstag nach Pfingsten (den 9. Juni) 1416 schlossen Conrad Senior von Oels, Conrad der Kantener und Conrad der Weisse ein Bündniss mit dem Hochmeister Michael Küchmeister in Marienburg gegen den König von Polen. Griffe dieser die Schlesier an, dann sollte auch der Orden mit Polen nicht mehr in Frieden bleiben und die Fehde bis zu gemeinsamem Friedensschluss fortführen. Dafür verpflichten sich die Herzöge dem Orden, sobald er angegriffen würde, in Person mit 100—300 Spiessen zu Hilfe zu eilen. (Nach einer Urk. im geh. Archiv zu Königsberg bei Voigt, Gesch. Preussens VII, 289.) Zwei ebendaselbst angeführte Schuldscheine vom 13. Juni und 19. September erweisen, dass Conrad Senior von Oels dafür 3000 Mark und 150 Schock böhmische Groschen und dann wieder 750 Mark erhalten habe. Laut dem Schuldschein war diese Zahlung ein Darlehen auf fünf Jahre. Indessen scheint es niemals zurückgezahlt worden zu sein.

Digitized by Google

siliariis suis presentibus repondit: quomodo dum intellexissent nos et vestram fraternitatem ad eos et dominia ipsorum bonam non habere voluntatem, querentes suffragia vndecunque habere potuissent, ligam cum Cruciferis fecerunt predictam sub certo tempore quod iam fluxit et transiuit, propter quod et vis predicte lige et litterarum super ipsa confectarum est extincta, ex quibus inserendo subiunxit se de cetero vigore predictarum literarum super huiusmodi liga confectarum ipsis ad aliqua, que forent nobis contraria, non debere obligari. Cui dum replicassemus quomodo interim quod predictas ipsorum litteras super liga confectas a Cruciferis non rehaberetis, non habebamus spem de certa ipsorum amicicia et perfecta. Qui ibidem nobis promiserunt, quod predictas lige litteras volunt omnino rehabere et recipere a cruciferis predictis. Secundo ipsis exposuimus, quomodo | dum 8b
frater eorum dux Albus pro familiari et cortisano per amicos suos serenissime principi bone memorie Anne[1] consorti nostre carissime fuisset traditus et datus ipsaque eundem suscepisset in suum familiarem gratiose, ad quod dum venire pro continuando seruicio suo proposuisset et de facto seruitor et familiaris suus existens, sentiens ex displicencia predicta gwerram inter nos sequi et Cruciferos predictos obmissio (sic) medio hoc est seruicio nostre consortis nos et regnum nostrum non premuniens nec diffidans, ut decebat, in subsidium predictis Cruciferis hostibus nostris aduersus nos et regnum nostrum se conuertit. Quem eciam cum bellum et conflictum campestrem haberemus et deo nobis et iusticia suffragante obtinentibus predictum fratrem vestrum inter alios detinuimus captiuatum;[2] ad quod taliter responderunt: quomodo dum ipsorum pater vive-

---

[1] Anna, die zweite Gemahlin Jagiełło's, war eine Tochter des Grafen Wilhelm von Cilly und der Prinzessin Anna, einer Tochter Kasimir des Grossen, gestorben den 21. März 1416.

[2] Die Redewendung: cum bellum et conflictum campestrem haberemus kehrt in den Briefen Jagiełło's öfters wieder und bezeichnet dann immer die Schlacht bei Tannenberg (1410). Dasselbe scheint auch hier der Fall zu sein, denn während wir von einer Kriegsgefangenschaft Conrads des Weissen von Oels gelegentlich des sogenannten Hungerkriegs (1414) und des Golub'schen Krieges (1422), welche allein hier noch in Betracht kommen können, nichts vernehmen, wissen wir, dass ein Conrad von Oels (der Jüngere) am Tage von Tannenberg den Polen in die Hände fiel.

Digitized by Google

ret[1] et antequam fuissent aliqua signa et indicia displicenciarum et gwerrarum inter nos et Cruciferos, de quibus est premissum, ad peticionem magistri generalis Cruciferorum predictorum pro exercenda arte milicie, que tunc in terris suis viguit propter gwerram quam multis partibus Cruciferi faciebant, misit filium suum predictum. Et cum sensisset pater noster predictas displicencias et gwerras inter vos et Cruciferos, incontinenti misit duos ex consiliariis suis ad filium suum ad propria et intimando sibi, quomodo non erat sue voluntatis quod cum Cruciferis aduersus S. v. et regnum Polonie remansisset. Qui quamuis reuocatus et modis omnibus inductus fuisset sufficienter respondit: quomodo non videbatur sibi honestum quod ipso in Prussia existente et huiusmodi gwerra superveniente saluo suo honore recedere potuisset, et ita finaliter nulla potuit vinci ut recederet racione. Tercio eciam exposuimus quomodo, ut presumebamus, in confortacionem predictorum protunc hostium nostrorum Cruciferorum alium fratrem ipsorum iuniorem ordini ipsorum tradiderunt, cuius ordinis regulam de facto est professus.[2] Ad quod responderunt et signanter episcopus predictus: quomodo
9a ipse, dum | sensisset voluntatem fratris sui predicti quod intendebat ordinem intrare et regulam ipsorum profiteri, perswasit sibi quod nullatenus hoc faceret, adducens sibi quomodo professa regula oportebat eum esse sub tali condicione, quod eciam si porci aut alie bestie sibi pabulari mandarentur recusare non poterit omnique solacio, quod in mundo habere potuisset, renunciare pari modo ipsum oporteret, qui quamuis hoc modo reductus fuisset nullatenus retrahi poterat, et maxime cum iam etatem habuerit, a proposito concepto quod omnino voluit adimplere. Quarto exposuimus ipsis, quomodo referente nobis Masticio Poznanienses castellani[3] (sic) quandam membranam sub

---

(Nach den aus den Frankfurter Wahltagsakten in Script. rer. Pruss. III, 426 und 427 abgedruckten Briefen Jagiełło's an seine Gemahlin und an den Bischof Albert Jastrzębiec von Posen.)

[1] So ist wohl zu lesen für veniret, welches der Cod. hat.

[2] Vgl. Johannes von Posilge in Scriptores rerum Prussicarum III p. 361. In den pfingistheiligen tagen (1416) lys herczoge senior von der Olsin synen jungistin bruder cleydin zcu dem ordin zcu Marienburg mit II erbarn knechtin synir dyner.

[3] Auch oben Nr. III unter den Zeugen der brandenburgisch-polnischen Verträge genannt.

Digitized by Google

nostro sigillo habebant et ignoramus per quem modum et in quem finem illam conseruabant, cum tamen cuivis homini et signanter pro amico se gerenti huiusmodi conseruare membranas, que nota suspicionis non carent, non decebat. Qui subito recognouerunt quomodo predictam nostram membranam habuerunt et habent in effectu, quam ibidem in presencia nostrorum et suorum consiliariorum nobis per manus domini episcopi Poznaniensis, qui pro nunc est Wrat(islavie)[1], restituere infra dies octo promiserunt. De captiuitate vero Siestrecz[2] dum exponeremus ipsis, quomodo in dedecus et contemptum nostrum et fraternitatis vestre et litterarum nostrarum salui conductus, quas habebat, in ciuitate sua Nissa captiuatus fuisset, usque ad camisiam exutus et de omnibus rebus suis et armis spoliatus, quas hucusque rehabere non potest, quem in tocius Christianitatis bono et communi negocio versus Bohemiam mittebamus, responderunt, quod super hiis omnibus cum predicto S. composuerunt et ipsum contentum reddiderunt. Quantum tamen ad dehonestationem litterarum nostrarum et saluorum conductuum per nos eidem datorum responderunt, quomodo dum predictus Syestrecz ad dominum episcopum venisset, ipsum tractauit ut carum socium et amicum prout consweuerat ab antiquo. Et dum haberet sibi dicere S. predictus, quomodo in Bohemiam ire ex parte nostra volebat, respondit se non velle scire de transitu suo in Bohemiam propter inhibicionem et decretum transeuntibus in Bohemiam per regem Romanorum factis (sic!), perswadendo eidem quod precaueret sibi ne ciuitates suas in huiusmodi | negocio plus regi Romanorum quam mihi obse- 9b
quentes pertransiret propter pericula que sibi possent evenire,

[1] So muss wohl gelesen werden, denn Wratislaviensis gäbe keinen Sinn, der Bischof von Breslau ist eben der das Versprechen Leistende, war aber nie Bischof von Posen.

[2] Unter denjenigen Detinirten, welche der Herzog Janusz von Ratibor i. J. 1421 aufgefangen hatte, als eine böhmische Gesandtschaft dem K. von Polen die Krone anzubieten gekommen war (vgl. Palacky, Gesch. Böhm. III, 2. 258 und den Aufsatz von Franz Kopetzky in der Zeitschr. des Vereins für Gesch. Schlesiens Bd. IX, Hft II.). befand sich auch ein Siestrzecz Bandzinsky. Es ist kein Zweifel dass der hier erwähnte derselbe Mann ist. Ueber diesen gewaltthätigen und abenteuernden Ritter sind uns jetzt durch den zweiten Band von Helcels Starodawne prawa polskiego pomniki so viele Einzelheiten zugeführt worden, dass sich eine anziehende Biographie aus den Gerichtsacten zusammenstellen liesse.

Digitized by Google

qui perswasionibus non obtentis palam transiuit et sic dum veniret in N., deus scit me ignorante, fuit captiuatus, post cuius captiuitatem dum die crastina intrassem ad ciuitatem meam predictam et predicta sua captiuitas ad noticiam meam deducta fuisset, consului omnes duces Slesie, qui tunc ibidem ad quoddam parlamentum conuenerant, quid cum huiusmodi negocio esset facturus; qui vnanimi voce mihi consuluerunt ipsum non dimittere nisi ex certa sciencia regis Romanorum predicti, ex quo ipsius precepto fuit captiuatus. Hiis igitur frater carissime per nos expositis et per ipsos, ut prescriptum est, datis responsis omnibus suis proposicionibus obmissis prefatus episcopus et frater suus Kantsky cum ipsorum pocioribus consiliariis, quos secum habuerunt, humiliter se erigentes supplicauerunt, quatenus susciperemus ipsos ad graciam et indignacionem quam ad eos haberemus parceremus excessusque ipsis indulgeremus graciose, nostrosque consiliarios pro tunc nobiscum existentes pro intercessione inuocantes, offerentes semper fidele seruicium constantemque amiciciam et sinceram nobis atque regno nostro omnesque iniurias refundere subditis, terrigenis et mercatoribus nostris illatas et de cetero ab inferendis precauere promittentes. Et quamuis carissime frater tam per predictos duces et ipsorum consiliarios et nostros fuissemus impulsati, ut annuissemus ipsorum peticionibus predictis indignacionemque et excessus indulsissemus eisdem, ipsis respondimus sub hiis verbis: quod dum nedum in hiis que grauis sunt importancie, sed nec in minimis absque certa sciencia, consilio pariter et assensu ducis M(agni) fratris nostri carissimi quidpiam facere aut concludere consweuerimus, absque prefati nostri fratris consilio et voluntate nullum possumus dare vobis responsum. Ideo frater carissime nobis per scripta vestra intimetis, quid sit intencionis vestre atque voluntatis et an aliquid pro parte vestre fraternitatis predictis ducibus sit dicendum seu inculcandum. Datum in Kalis.

VI.

Ad ducem Stolpcnsem. [1]

10a | Wladislaus etc. Salutem et fraternam caritatem et vestre amaritudini condolere. Illustris princeps, frater noster carissime!

[1] Bogislaw IX. S. o. No. I. Anm. 3. Das hier fehlende Datum ist leicht zu ergänzen durch den von demselben Orte ausgestellten und denselben

Digitized by Google

Inopinatum et fere inauditum cahos per Sigismundum Caributhi contra sacrosanctam katholicam ecclesiam omnesque Christi fideles et presertim in nostram mayestatem commissum sub dissimulacione non valentem pertransire, vestre fraternitati omnibusque orthodoxe fidei zelatoribus cogimur in amaritudine cordis nostri denudare, quia cum per nos de Bohemia, prout v. f. poterit constare, fuisset reuocatus, ad ipsam nullo vnquam tempore sub iuramentis, pollicitacionibus et inscripcionibus suis nobis factis et prestitis redisse debuerat, quod pro firma spe et fiducia tamquam in filio educato tenebamus, cui vltra omnes sangwinis nostri principes munificencie nostre dotes patuerunt. Sed ecce nobis hic remotis circa expedicionem nostrorum belligerorum versus Bohemiam in subsidium serenissimi fratris nostri carissimi domini Sigismundi regis Romanorum etc. et contra perfidiam hereticorum missorum occupatis et intentis dictus Sigismundus Caributhi quem sub velamine simplicitatis occultauit astum perfidie detexit. Nam receptis secum nonnullis regni nostri vasallis et eciam aliquibus contra hereticos per nos salariatis et deputatis in Bohemiam clamdestine velut ingratus beneficiorum nostrorum ab infancia sibi impensorum se conuertit in dispendium salutis anime sue et scandalum plurimorum, de quo cor nostrum variis affligitur tristiciis et singultibus lacrimisque cumulatis nequit spiritus abstinere. Si inimicus noster nostram lesisset mayestatem, sustinuissemus vtique virtute paciencie sustentati; sed a quo velut vnigenito educato presto-

---

Inhalt behandelnden Brief des Königs Jagiello an die deutschen Kurfürsten (unten No. XII). Da dieser letztere datirt ist Zneyma (Żnin im Grossherzogthum Posen) infra oct. Corp. Christi (d. i. 18.—24. Juni) und Korybut schon den 29. Juni 1424 bei Hotzenplotz in Schlesien stand, so ist der vorliegende Brief offenbar in die dritte Juniwoche 1424 zu setzen. — An den Papst wurde, um jedem Gedanken, dass der König Wladyslaw und Witold der Grossfürst an der Verwegenheit Sigismund Korybuts irgend welchen Antheil hätten, vorzubeugen, ein ausserordentlicher Gesandter in der Person des Nicolaus Lasocki geschickt, und Papst Martin V. erklärte sich mit den von ihm gegebenen Aufklärungen befriedigt. Bei Theiner, Monumenta Poloniae II. p. 29 No. 38 u. p. 29 No. 39 aber, wo diese Erwiderungen des Papstes ihrem ganzen Wortlaut nach mitgetheilt sind, wie bei Raynaldi, Ann. eccl. XVIII. a. a. 1424 wird ihnen ein unmögliches Datum beigelegt: IV id. Aprilis anno VII, das wäre einige Monate vor Korybuts Flucht (vgl. Palacky, Gesch. v. Böhmen III. 2. S. 354 Anm. 325).

Digitized by Google

labamur [1] leticiam, ab ipso recepimus dolores et langwores, quorum v. f. quesumus participem fore, qui leticie nostre consweuistis fieri consortes, et si aliqui emuli inuidi lingwa ipsorum odibili de contrario suggererint et ad f. v. noticiam hec peruenerint, velitis ora obloquencium obstruere et innocenciam nostram de-
10b clarare. Testem nobis | altissimum recipimus, cui corda patent vniuersa et nullum secretum absconditur, quod non nostro consilio, swasu aut sciencia talis abhominabilis et execrabilis ipsius Sigismundi prauitas processit, ad cuius prawitatem deprimendam iam misimus nostros belligeros in virtute dextere dei, qui tam fideliter quam viriliter ob reuerenciam altissimi sancte orthodoxe fidei et decus sacri Romani imperii vnacum aliis sancte fidei zelatoribus intendent ad ea (que) pro fide sancta cognouerint profutura. Nosque ipsius Sigismundi personam apprehendere non valentes tam ipsius quam sequacium suorum ciuitates, opida, castra, villas, loca et omnia bona camere nostre auiditate vlciscendi iussimus, infiscari vt saltem per hoc in nobis et dolorum mitigaretur grauitas et prawitas tante perfidie non pertransiret invlta. Datum in Zneyna.

VII.

A papa ad regem (sic!). [2]

Martinus episcopus seruus seruorum dei dilecto filio Allexandro nobili Lythwanie duci salutem et apostolicam benediccionem. Quando primum audiuimus carissimos in Christo filios

[1] Im Cod: prestabamur.

[2] So im Codex, aber wie der Inhalt ergibt, ist das Schreiben an den Grossfürsten Witold gerichtet und nimmt auf ein anderes an den König ausdrücklich Bezug. Der Passus: ut omnis ea opinio et fama tollatur, que prius contra nomen tuum propter dilecti filii nobilis viri Sigismundi nepotis tui profeccionem in Bohemiam fuit orta und insbesondere diese schonende Bezeichnung Korybuts zeigen, dass dieses päpstliche Schreiben in die Zeit zwischen der ersten Abberufung Korybuts von Böhmen (Ostern 1423) und seiner zweiten Flucht dahin (Johannis 1424) fallen muss. Und in der That darf man den Inhalt desselben nur mit dem (bei Raynaldi, Ann. eccl. XVIII. a. a. 1424 mitgetheilten) an König Sigismund gerichteten Schreiben vergleichen, um sicher zu sein, dass das hier vorliegende dasselbe ist, welches dort mit folgenden Worten angekündigt wird: nos et venerabiles fratres nostri S. R. E. Cardinales simul et sacrum Senense concilium scribimus exhortantes et requirentes praefatos regem Poloniae et ducem Lituaniae . . . . ut futura aestate (vgl. die oben gesperrt gedruckten Worte) cum tota eorum potentia pro causa fidei tecum sint.

Digitized by Google

nostros Sigismundum Romanorum, Hungarie et Bohemie et Wladislaum Polonie reges illustres et te convenisse et pacem fecisse [1], ex magna solicitudine et anxietate cordis nostri de vestra dissensione ante suscepta fuimus prope incredibili leticia recreati. Nam cum illa reconciliacio vestra esset ad multas et magnas oportunitates christiane reipublice accomodata, erat precipue ad exterminandos uel reducendos Bohemicos hereticos necessaria; videbatur itaque nobis illam sanctam et desideratam victoriam manuhabere, presertim cum ipsum Polonie regem uel te vel vtrumque affuturum cum magna militari potencia in expeditione tunc constituta pro causa fidei diceretur, sed cum pro ostra (sic) nihil factum sit, de exercitu in Bohemiam traducendo cuius culpa deus nouit nos nominatim accusamus neminem, sed de omni tempore uel ignauia conqueréntes maiori affligimur | dolore 11a
quam antea. Verum si nobilitas tua cum prefato rege Polonie germano tuo, cui eciam scribimus, desideriis nostris in hac causa subvenire voluerit cum illa animorum magnitudine et constancia, quibus vti in rebus propriis consueuistis, quod sperabamus videre in estate preterita saltim in proximo secutura videbimus, extremam videlicet confusionem uel reduccionem hereticorum, ad quod sanctum et gloriosum opus te rogamus per Christi misericordiam, vt toto animo te disponas et cogites hunc laborem feruenti corde suscipiendum esse, non solum pro anime tue salute quam desiderare (diceris?) ante omnia, sed eciam ut omnis ea opinio et fama tollatur que prius contra nomen tuum propter dilecti filii nobilis viri Sigismundi nepotis tui profeccionem in Bohemiam fuit orta. Nam si facies id quod potes in hac causa, que fidelibus omnibus est communis, licet finitimos quadam magis specialitate contingat, celebrabitur tuum nomen cum singulari laude in ore populi Christiani; potes autem cum prefato, rege Polonie eciam si aliorum fidelium auxilia non adessent, bellum hoc satis mature et faciliter conficere, sed adessent eciam ut speramus principes alii Germanie et in pri-

---

Da nun das Schreiben an König Sigismund datirt ist: Romae apud S. Petrum XVI kal. Marcii anno VII (1424), so geht man nicht fehl, wenn man dem vorliegenden Schreiben dasselbe Datum (14. Februar 1424) unterlegt.

[1] Der Friede zu Käsmark vom 30. März 1423 (Dogiel, Cod. dipl. Pol. I p. 52 No. XIII, Gegenurk. Raczyński, Cod. dipl. Lithuaniae p. 300 und unten No. CXX).

Digitized by Google

mis ipse Romanorum rex, quos omnes dilectus filius noster Branda etc. sancti Clementis presbyter Cardinalis noster et apostolice sedis legatus continuo solicitare non desinit et nos abhinc litteris et nunciis quottidie hortamur atque eciam increpamus, requirentes eos ut faciant hac estate quod in preterita omissum fuit, cum quibus velis potenciam tuam sine alicuius tue proprie difficultatis excusacione coniungere. Pacem enim per dei graciam habes cum ordine Prussorum,[1] quam cum olim mandares pacem tibi cum omnibus aliis comparasti, ymo eos qui nunc esse tibi dicuntur aduersi ad tuum inuincibile(m) exercitum conduxisti. Ex quo non defuerunt in sacro Constantiensi concilio, qui insectarentur nobilitatem tuam[2] ita quod nullam excusacionem alicuius occupacionis alterius tue in hac
11b causa te oportet offerre, nê dicant | forte maliuoli quod ad pugnandum contra religiosos Christianos promptior sis atque paratior quam contra hos perniciosos hereticos, qui detestabiliores sunt Turcis et Barbaris et longe maiore odio atque supplicio digni propterea, quod nati et educati in recta racione diuini cultus et sanctis institutis ecclesie pecudum et ferarum more carnali lasciuia et cupiditate predandi ad falsos articulos et perniciosas supersticiones adducti sunt et contra deum et homines bestiali immanitate grassantur. Datum etc.

VIII.

Ad Wid. (Witoldum) a rege.[3]

Preclare princeps illustris frater noster carissime! In partibus Polonie[4] existentes indixeramus in hoc loco dominis et

[1] Seit dem Frieden am Melno-See vom 27. September 1422 (Dogiel, Cod. dipl. Pol. IV. p. 110, Gegenurk. Raczyński, Cod. dipl. Lith. p. 285).

[2] Vgl. Caro, Gesch. Polens III. 450 ff.

[3] Die hier von Jagiello als nothwendig geschilderten Massregeln wider den Husitismus sind publicirt im April 1424 (Volumina Legum I. p. 85): demnach fand die Versammlung der Gross- und Kleinpolen, deren Resultat dieselben waren, Martini 1423 statt. Nach Dlugosz, Hist. Pol. XI. 471 war Jagiello am Feste Assumptio Mariae (15. Aug.) 1423 in Krakau, reiste dann über ‚Nova civitas' (Neustadt-Korczyn) nach Sandomir, wo er Nativitas Mariae (8. September) feierte. Die vorbereitende Versammlung der Kleinpolen und Russen, von welcher dieser Bericht Kunde gibt, muss also zwischen dem 16. August und 7. September 1423 stattgefunden haben.

[4] Das ist: Majoris Poloniae.

Digitized by Google

communitatibus terrarum Cracovie, Sandomirie, Russie et aliis ipsis vicinis conuencionem signanter super dandis modo et ordine, quibus valeamus huic morbo pestifero heresis, qui prochdolor serpit in regno nostro, obviare; vbi dum prefatarum terrarum domini et communitas conuenissent, videbatur eis inter cetera remedia vtile fore et necessarium, ut nos cum ipsis ipsique nobiscum vicissim et reciproce contra omnes predictam heresim sectantes eorumque fautores et receptatores et nouitates in regno nostro exquirentes inscriberemus et obligaremus secundum tenorem capitulorum et articulorum in littera predicte inscripcionis seu obligacionis, cuius copiam vestre fraternitati presentibus dirigimus interclusam, conscriptorum, ex qua plenissime de effectu huiusmodi inscripcionis poteritis informari. Verum quia prefate inscripcionis conclusio et diffinicio propter absenciam dominorum et communitatis terrarum Maioris polonie est dilata, ad quorum sciendam et inquirendam voluntatem vadunt duo de baronibus harum partium, quorum voluntate scita et obtenta prefati domini et duo de qualibet domo seu clenodio [1] in Vislicis super festum sancti Martini | iterum debent con- 12a
venire predictam inscriptionem seu mutuam obligacionem diffinituri nobiscum. Placeat igitur vestre fraternitati in hoc negocio tenore predicte obligacionis exaudito et intellecto nobis vestrum consilium remittere antequam de ipso concludatur. Mittimus eciam vobis copias per electores imperii nobis regi scriptarum. Datum in Nouaciuitate.

IX.

Edictum factum per Czolkonem ex parte regis P(olonie) contra illos qui ad Bohemiam in subsidium hereticorum se transferant. [2]

Wladislaus etc. Significamus etc. quod cum sub dissimulacione preterire non debemus, ymo arcemur diuine legis perpetuis institutis pestiferos hereticorum errores, quos in dei con-

[1] Das ist, glaube ich, das einzige Beispiel einer Zusammensetzung der polnischen Volksvertretung auf Grund des Gentilismus.

[2] Gedruckt ist dieses Edict bereits in Volumina legum I. p. 85, aber sichtlich nach einer spätern Abschrift; ich gebe die wesentlichen Varianten, von denen besonders die Verschiedenheit des Datums Aufmerksamkeit verdient. Dass aber Stanislaw Ciołek der Concipient desselben war, ist nur aus unserm Codex zu ersehen.

Digitized by Google

temptum et christiane fidei detrimentum ac enerwacionem politie et reipublice[1] iacturam iniqua peruersorum corda conflauerunt, etiamsi quecunque nos oporteret subicere[2] pericula, a finibus nostris propulsare et in gladio deiicere, vt qui censuris[3] ecclesie non terrentur humana seueritate mulctentur, maturo consilio nostrorum prelatorum, principum et baronum habito et consensu et de certa nostra et ipsorum scientia presentibus decreuimus et pro firmo, constanti atque inuiolabili[4] edicto tenere precipimus. Vt quicumque in regno nostro Polonie et terris nobis subiectis hereticus uel heresi infectus uel suspectus de eadem, fautor eorum uel director repertus fuerit, per nostros capitaneos, consules ciuitatum et alios Officiales et quoslibet subditos nostros siue in officiis siue extra viuentes velut regie maiestatis
12b offensores (sic) capiantur et iuxta exigenciam | excessus sui puniantur.[5] Et quicumque venerint de Bohemia et intrant regnum nostrum, ordinariorum suorum examini aut magistrorum heretice prauitatis ad hoc a sede apostolica deputatorum uel deputandorum subdantur comprehensi. Si quis autem incolarum regni nostri, cuiuscumque status, dignitatis, gradus aut condicionis fuerint, hinc et vsque[6] ad festum ascensionis domini proximi redire de Bohemia neglexerit, noluerit uel contempserit, pro conuicto heretico censeatur et penis subiaceat, que hereticis infligi consueuerunt, nec amplius ad regnum nostrum reuertatur moraturus. Et nichilominus omnia bona ipsorum mobilia et immobilia et ex quibuscumque rebus consistencia publicentur nostro thezauro infiscanda[7] prolesque eorum tam masculina quam feminea omni careat successione perpetuo et honore nec vnquam ad aliquas assumatur dignitates uel honores, sed cum patribus seu progenitoribus suis semper maneant infames,[8] nec gaudeant de cetero aliquo priuilegio nobilitatis uel decore. Inhibemus etiam sub eisdem penis omnibus mercatoribus et aliis hominibus cuiuscumque condicionis fuerint, vt amodo et in posterum nullas res venales et presertim plumbum, arma et esculenta et poculenta ad Bohemiam ducere presumant uel portare. Quocirca vobis omnibus et singulis capitaneis, burgrauiis, procuratoribus, magistris ciuium, consulibus, et aliis regni nostri

---

[1] V. L. deest. [2] V. L. subire. [3] V. L. censura. [4] V. L. irrefragabili. [5] V. L. offensor capiatur et puniatur. [6] V. L. deest. [7] V. L. confiscanda. [8] V. L. maneat infamis nec gaudeat.

Digitized by Google

officialibus et subditis nostris[1] quibuslibet, | ad quos presentes 13a
peruenerint, mandamus quatenus presens edictum nostrum custodire[2] debeatis et vbilibet in ciuitatibus, opidis,[3] villis et aliis quibuslibet locis publicis uel priuatis, et specialiter ubi tractabuntur iudicia, et vbicumque contigerit aliquam hominum multitudinem confluere, palam et vocibus preconum faciatis proclamare, vt nullus valeat pretendere ignoranciam premissorum. Datum in Welun feria II^a (sic!) proxima post Judica anno etc. XXIV.[4]

X.

Littera data Derslao Vlostowsky per Sta(nislaum) Czolkonem ex parte regis Polonie super conuocacione ad stipendia contra hereticos de Bohemia.[5]

Wladislaus etc. Significamus etc. Quomodo nobili Derslao[6] gentes armorum, quibus serenissimo principi Romanorum regi semper augusto et Hungarie, Bohemie etc. regi fratri nostro carissimo decreuimus contra hereticos de Bohemia subuenire, iniunximus ad seruicia nostra conuocacione, ad que quicunque veniunt de quolibet equo cuilibet eorum XX grossos latos pro stipendiis singulis septimanis, quamdiu in huiusmodi nostris seruiciis durauerint, pollicemur elargire et dampna iusta et racionabilia, si que tunc nobis seruiendo perceperint, a fine granicierum usque ad finem resartire. Horum quibus etc.

---

[1] V. L. deest. [2] V. L. fideliter et firmiter. [3] V. L. deest. [4] V. L. Vielun die dominica Judica me Deus anno Domini 1424.

[5] In den verschiedenen Briefen, in welchen Jagiełło die Rückkehr Korybuts nach Böhmen perhorrescirt (No. VI, XII ff.), beklagt er insbesondere, dass der Prinz einige ‚von ihm salarirte und ausgerüstete Mannschaften,' die der König gegen die Böhmen führen wollte, mit sich fortgeführt hat. Erwägt man noch, dass der König angibt, er sei eben, als Korybut auszog, mit der Ausrüstung eines Heeres gegen Böhmen beschäftigt gewesen (Juni 1424), so ergibt sich, dass dieser Werbebrief nicht lange vorher ausgestellt sein wird.

[6] Im Geh. Staatsarchiv in Berlin befindet sich eine Urk. v. 1. Sept. 1429, in der K. Władysław dem Derslaw von Włostowice 100 Mark auf Przeborowice im Krak. Lande verschreibt, und eine andere Urk. v. 30. März 1430, in welcher dieser Derslaw verspricht, die Stadt Sandecz nur für den König, event. für dessen Gemahlin Sophia, zu deren dotalicium sie gehört, und ihre Kinder Władysław u. Kasimir zu halten u. zu bewahren.

Digitized by Google

XI.

Littera diffidatoria vniuersitati Bohemorum ex parte Wladislai regis Polonie missa.[1]

Wladislaus etc. Vniuersis et singulis cuiuscunque status, condicionis uel eminencie hominibus et presertim nobilibus ac ciuibus et incolis maioris, minoris et noue ciuitatis Pragensium et aliis omnibus in Bohemia vbilibet existentibus in fide catholica errantibus et hereses sectantibus Hussitarum spiritum meliorem amplecti et veram atque vnicam fidem Christi profiteri. Quantis studiis quantisve laboribus iam multo tempore circa reduccionem vestram conatus nostros posuimus, nunc litteris, nunc nunceiis nostris vos ad fidey vnitatem et obedienciam sancte matris Ro-
13b mane ac vniuersalis | ecclesie inuitantes ipsi fatere potestis si recte veritatem attenditis. Sepe etenim nostram maiestatem multiplices nunccii vestri accesserunt offerentes vos ad revocandos omnes errores et suscipiendam de commissis penitenciam salutarem, si pro vobis aput serenissimum principem dominum Romanorum etc. regem dominum vestrum naturalem partes nostras interponere dignaremur. Nos autem oblaciones vestras humiles credentes omni duplicitate carere magnis sumptibus et impensis procurauimus, quod prefatus dominus Sigismundus Romanorum rex etc. ad omnes vias reduccioni vestre possibiles vos admisit et nobis plenam litteris autenticis dedit facultatem cum saluis conductibus et aliis securitatibus circa hoc vobis oportunis nec aliquid quod iusto indicio concedere potuit in virtute illius facultatis nobis traditi (sic) recusauit. Et dum hiis omnibus iuxta desideria vestra comportatis (compactatis?) terminium vobis eligendi locum partibus ydoneum prefigere curassemus,[2] en quod accedit nunquam sperauimus, querere dilacionem et subterfugia variis tergiversacionibus inceptis nec alicui locorum vobis nominatorum aut termino prefixo voluistis

---

[1] Palacky, Gesch. v. Böhmen III. 2. p. 353 erwähnt eines Absagebriefs des Königs schon vom 24. April 1424 aus dem Codex Przemyslaeus (Mscrpt. der Prager Universitätsbibliothek). In dem hier unten folgenden Schreiben Jagiello's an die Kurfürsten (No. XII) vom Juni 1424 sagte er: Bohemis quos dudum per litteras nostras patentes diffidauimus.

[2] Wo und wann das geschehen, ist nicht bekannt; vgl. jedoch unten No. LXXVII den Abschnitt ‚ad primam partem'.

Digitized by Google

consentire, propterque non indigne iudicauimus vos, qui pertinaciter erroribus semper vvltis ocupari, sicut ab omnibus principibus seculi Christianis et fidey catholice cunctis professoribus, ita et a nobis ob secundacionem nostram intendentibus deserendos, ymo et abhominandos ac animadversione digna persequendos. Quocirca omnes generaliter et singulariter, quos hec pestis heressis et vipera maculauit et sedis apostolice fecit contemptores, presentibus difidamus et esse volumus vobis tamdiu innimici quamdiu in hiis erroribus pertinaces fueritis et rebelles. Ad hoc enim tronum regie maiestatis | accepimus ut fidem 14a
katholicam, quam omnes principes Christiani in vnitate solida venerantur, et sedis apostolice iura, que non sine contumelia domini nostri Jesu Christi vestra contumax vniversitas contendat (!) impugnare et impugnat, velut princeps catholicus et zelator fidei ortodoxe diuino munitus presidio protegere, defendere et tueri (possumus). Valebitis si abyectis funeste prauitatis erroribus ad synum sancte matris ecclesie, que non dedignatur penitentes suscipere, cum deuocione et humilitate debita, antequam diuine vlcionis gladius vos consumet, recurretis. Datum in Juniwla-(dislavia) sabbato post Penth. anno etc. XXIIII.

XII.

Litera querimonialis in facto recessionis ducis Sigismundi ad Bohemiam ad omnes sacri Romani imperii electores.

Wladislaus etc. Vniuersis et singulis principibus tam spiritualibus quam secularibus et presertim sacri imperii Romani electoribus, nec non ducibus, langraniis, comitibus, baronibus, militibus, clientibus et cuiuslibet status aut conditionis hominibus ciuitatum populis et communitatibus. ad quos presentes peruenerint, fratribus, amicis et beniuolis nostri scarissimis salutem, fraternam caritatem et fidem dicendorum indubiam adhibere. Reuerendissimi in Christo patres, venerandi et venerabiles ac illustres, spectabiles, magnifici, strenui, nobiles et famosi fratres, amici et beniuoli nostri carissimi! Dolores nostros quos nobis insperata attulit fatorum invidia cum singultibus et planctibus vobis heu cogimur depromere et vocibus querularum cordis nostri vvlnus apperire. En ecce dilectissimi ad subsidia serenissimi domini Sigismundi Romanorum regis | fratris nostri carissimi gentes 14b

Digitized by Google

nostras contra Bohemos sacrosancte fidei et sedis apostolice innimicos nobis preparantibus et se iam ad iter nostris attingente dux Sigismundus Coribut, quem per multa et varia iuramenta, pollicitaciones, obligaciones, vota et promissa astrinximus, quod post illam de Bohemia ad regnum nostrum reuocacionem sub fide et honore ac iuramenti onere in manibus nostris sepe prestitorum nunquam debuit de regno nostro et presertim ad Bohemos hereticos et alios eorum fautores se mouere, sed nobiscum semper in regno nostro fideliter et constanter remanere, nuper cum nonnullis hominibus nostri regni, quos secum seduxit, et quibusdam, qui a nobis stipendia contra dictos hereticos receperant, prefatis Bohemis, quos dudum per litteras nostras patentes diffidauimus, prestiturus auxilia, tunc nobis longe in regno nostro a loco habitacionis suc agentibus, ad Bohemiam clam discessit et in dedecus suum et anime proprie detrimentum Christi fidelium persecutoribus se coniunxit, cum quibus percipiat Calicem Babilonis et iram diuine vlcionis sempiternam. Dum enim adhuc infantulus et etate tenellus esset, quomodo fecimus eum sub nostris manibus educari, post hoc quantis graciis, quantis fauoribus et prerogativis vltra ceteros sangwinis nostri principes in aula nostra confouimus, tota nostra testatur milicia et ex ceteris beneficia sibi collata a nobis patent multis inabsconsa. Quis igitur meditari potuit, ut alumpnus noster, quem velut filium intimo caritatis amplexu dileximus, ab (l. ad)
15a abissum tante caribdis defluxisset. Quis crederet | ut is quem ab eunte etate in omni reuerencia et in obediencia semper nobis deuotum habuimus et votis nostris obsequentem, ad tante desperacionis profundum verteretur. O dolor et plus dolore dolor, ut quem debuimus habere in subsidium et viscerum nostrorum amplecti caritate, hostem oportet experiri, et qui post tot beneficiorum impendia culmina mayestatis regie humiliter venerari debuit, quomodo in arcum conuersus pravvm, verticem troni regii maculare contendit et gloriosum nomen nostrum auspice domino nulla carie subosum malignanter deprauare. Porro ipsius deprehendentes recessum clamdestinum subito ciuitates, villas, census, salaria et alia bona, que a nobis obtinebat, omnia ab ipso et ipsius capitaneis recipere mandauimus et omnium sibi adherentium, quos secum de regno nostro eduxit, bona hereditaria et alia ab ipsis possessa iussimus publicari et thezauro nostro infiscari, vt scelus eorum et prawitas subita vindicta non

Digitized by Google

careat. Quapropter vniversitatem vestram rogamus et in desideriis optamus, vt hiis nostris compacientes doloribus prefatum ducem Sigismundum, quem tantorum excessuum demeritis poscentibus hostem nostrum nobis cum ceteris suis quibus adhesit complicibus volumus reputare, vestrum eciam habere velitis inimicum. Et si quis vobis de nobis suggereret detractiua suspicione nomini nostro excessibus dicti Sigismundi ducis comparando, nolite quesumus fidem sugillacionibus eorum adhibere, sed quotiens hec fierent operibus nostris pocius, que nobis vere fidei prestant testimonia, et non zuzurrys emulorum nostrorum mentes vestras accomodate et respectus. Datum Zneyna infra octavas corporis Christi (1424).

XIII.

| *Ad regem H(ungarie) super eodem.* 15b

Serenissimo principi domino Sigismundo dei gracia Romanorum regi semper augusto et Hungarie etc. Wladislaus eadem gracia rex Polonie salutem, fraternam caritatem ‚ut supra.' Serenissime princeps frater noster carissime! Meminimus nuper v. f. per Nicolaum de G(ara?) murmura quorundam de regressu Sigismundi nunciasse in Bohemiam, quibus animus noster blandiri non curabat, cum ipse Sigismundus per nos ab infancia educatus largis beneficiorum et premiorum munificentiis vltra omnes sangwinis nostri principes dotatus et iuramentis, pollicitacionibus et inscripcionibus suis fortissimis nobis de non regressu in Bohemiam prestitis ligatus et astrictus fuerit. Et ecce nobis hic in remotis agentibus et alia circa expedicionem nostrorum fidelium belligerorum iuxta vota fraternitatis vestre et honestatem reipublice procurantibus et disposicionem per certos nostros fideles sumus informati, quomodo ipse Sigismundus salutis sue, beneficiorum nostrorum sibi impensorum et inscripcionum, iuramentorum immemor vnacum aliquibus regni nostri vasallis sibi adherentibus, de quibus nonnulli a nobis pro stipendiis contra hereticos de Bohemia iam multas pecunias receperant, quod dolentissime scribimus, ad Bohemiam se convertit, de quo quantis cor nostrum torquetur affliccionibus lingwa carnis non sufficit enarrare. Sed quid luctum luctui addidit et lacrimas lacrimis cumulauit, quod tante obliuionis ipsum occu-

Digitized by Google

pauit intellectus, ut regna vestre fraternitatis paterna et amica, quorum nulli potuit accedere preter vos successio, iste Scita (!) et barbarus propria excecatus demencia nititur vendicare, quem in tam subita astucia non valentes aliter multare pro presenti, cum a conspectibus et potestate nostris sit remotus, omnes ciuitates, opida, castra, villas et predia, census, sallaria, que a nobis obtinebat, tam dicti Sigismundi quam suorum sequacium, quam-
16a primum suus nobis clamdestinus | recessus intonuit, mox ipsa pro camera nostra iussimus infiscari, ut dolorum nostri (sic!) per hoc moderaretur grauitas et excessus temeritasque tanta in aliqua saltim parte pro hac vice puniretur, et nichilominus ad omnes et singulos principes, comites, barones et proceres, omnesque fidei ortodoxe zelatores nostros misimus oratores denudantes ipsius Sigismundi perniciosam, detestandam et abhominabilem in nos maiestatemque nostram commissam perfidiam et requirentes eos, ut ipsi intuitu pietatis diuine et ob reuerenciam sacri Romani imperii velint parare studium et operam, per que huiusmodi perfidie in tempore occuratur. Cui nos occurrere tanto perpensius intendentes, quanto strictiori fraternitatis nexu vobis obligamur, homines nostros armigeros in fortitudine dextere diuine versus Morauiam et Bohemiam ad persequendum eundem et suos quibus adhesit complices transmisimus, qui angelo pacis comite inceptum iam continuant iter, et ad ea tam fideliter quam viriliter felicibus in domino auspiciis intendent, qui sacrosancte ortodoxe fidei et gloriam omnipotentis dei, cuius res agitur, prospexerint profutura. Verum ut eisdem belligeris nostris tutus, saluus atque securus ad ciuitates, dominia, castra et alia loca in Bohemia, Morauia, Slesie et alibi vestre fraternitati subyecta pateat accessus, aditus et recessus, fraternitas vestra scribere et mandare dignetur eisdem, quatenus omni timore postposito suspicioneque cessante predictos nostros belligeros ad huiusmodi ciuitates, dominia et castra absque omni impedimento et lesione rerum et personarum tociens quociens
16b fuerit oportunum et prosecucio huiusmodi redderentur | certiores, racionabile arbitramur, ut aliquem aut aliquos v. f. fideles personaliter premittat, qui viam, aditum, ingressum et regressum nostris belligeris ad prefatas ciuitates, opida, villa, castra et loca preparent demulcendo animos subyectorum vestrorum, quos regressus ducis predicti ad Bohemiam, ut non dubitamus, pertur-

Digitized by Google

bauit. Quemadmodum ut nobis huiusmodi perturbacionem experimur non leui restitucione in pristini sallarii amenitatem reducendam. Datum Zneyna.

XIV.

Ad quendam principem super eodem. [1]

Preclare princeps, illustris frater noster carissime! Non sine graui cordis amaritudine et mesticia singulari casum qui nobis accidit vestre cogimur fraternitati enarrare, quomodo dux ille Sigismundus, quem a teneris iuuentutis sue annis in aula nostra velut carnalem filium nostrum, acsi de lumbis nostris descendisset, tenuimus et sincera caritate dileximus multaque sibi beneficia et fauores ostendimus et meditabamur continue, qualiter honorem et statum suum potuissemus extollere, quorum omnium oblitus contra nos in Bohemiam ad hereticos se conuertit, licet aliquociens nobis iureiurando promiserat et inscripcionibus firmauerat quod sine voluntate nostra nunquam de regno nostro recedere debuisset, propter cuius recessum multis torquimur molestiis noctes sepius insompnes deducentes. Quapropter vestram fraternitatem petimus | ex affectu, quatenus 17a
fraternitas vestra nobis de tali insperato fatorum euentu fraterne condoleat et pro firmo credere velit, quod hec sine scitu nostro et voluntate euenerunt. Si qui autem emulorum nostrorum coram fraternitate vestra vellent suggerere et nobis aliquam suspicionem ascribere, illis fidem denegare velitis tamquam falsa de nobis famantibus creditiuam. Sed qualitercunque hec geruntur, nichilominus gentes nostras serenissimo domino Sigismundo Romanorum regi etc. in subsidium contra predictos hereticos dirigimus, que dum fraternitatis vestre dominia attingerint, ipsas intuitu nostri et prefati serenissimi fratris nostri Romanorum regis fraternitas vestra benigne et fraterne suscipiat et in ipsorum agendis velit promouere, fraternam caritatem nobis in eo ostensuri.

[1] Aus dem Inhalt ist nicht zu erkennen, an wen der Brief gerichtet sein mochte. Da jedoch gegen Schluss desselben um freien Durchzug der für K. Sigismund bestimmten Hülfstruppen gebeten wird, so darf man nur an einen schlesischen Herzog denken.

Digitized by Google

XV.

Ad Cimbarkam consortem Arnesti ducis Austrie super eodem facto.[1]

Preclara princeps soror nostra carissima, dolorem quo Sigismundus Caributi frater vester nostram lesit maiestatem, nulla racione dissimulare valentes scribimus fratri nostro inclito, principi domino Arnesto consorti vestro maliciam, fraudem et dolum quem ipse Sigismundus pro gratis velut ingratus ministrauit, prout ex copia presentibus pro informacione plenaria inclusa poteritis experiri, de quo eciam vestre querulamur caritati cum dolore, quam petimus ex affectu. quatenus in casu quo dictus Arnestus elongaretur a vobis mox ipsas litteras fraternitati sue per aliquem transmittatis et doloribus notris quibus afficimur caritate intima compati velut vestris velitis et partem
17 b ipsius doloris cordi | vestro imprimere pari passu tolerandam. Et si necessitas exigerit, presentibus nostris nunciis ad hoc specialiter missis de securitatis conductu providere non obmittatis contemplacione nostra vicissitudine compensanda. Datum etc.

XVI.

Ut nullus ad Bohemiam de regno Polonie et econtra debeat peruenire dominus rex iubet custodiam habere.[2]

Wladislaus etc. Vniuersis et singulis regni nostri principibus tam spiritualibus quam secularibus, nec non prelatis, baro-

---

[1] Vgl. oben Nr. I. Anm. 3.

[2] Wann dieser Erlass ausging, konnte ich nicht ermitteln. Ob er mit dem Wieluner in Zusammenhang steht (ob. Nr. IX) oder, was viel wahrscheinlicher, im Anfang 1425 proclamirt wurde, muss dahinstehen. Im Krakauer Capitelarchiv (Fasc. 15) findet sich nämlich eine Urk., deren Inhalt die Registratur so angiebt: Anno 1425 ipso die Conuersionis S. Pauli Apostoli, in conventione generali Siradensi (vgl. Dlugosz H. P. IX. p. 484) Litterae Procerum totiusque communitatis nobilium regni Poloniae ad tractatus super tranquillo statu ejusdem regni et praesertim super dando ordine, quo virus pestiferae haeresis Hussitarum, quod regnum Bohemiae proxime contiguum maculavit, ab ipsius regni Poloniae finibus propellatur, in parlamento generali congregatorum, per quas Martino Papae . . . supplicant, ut dismembrationem palatinatus Lublinensis pro episcopatu Chelmensi per fratrem Joannem ordinis Praedicatorum episcopum Chelmensem a sede apostolica impetratam revocet et episcopatui Cracoviensi restituat.

Digitized by Google

nibus, militibus, clientibus, magistris ciuium, consulibus, aduocatis, ceterisque regni nostri subditis premittere requirentes (l. pariter requirendis) fraterne caritatis incrementum graciamque regiam et omne bonum! Preclari principes fratres nostri carissimi, magnificique, strenui, nobiles et famosi sincere nobis dilecti! Ex quo horrendum scisma et execrabilis heresis Wiclefitarum seu Hussitarum adeo virus iniquitatis sue pestiferum heu dolor dilatauit, quod prout in nobis datur .....[1] vsque ad oras regni nostri venenum suum transfundens quosdam regni incolas infecerit, volentes igitur, prout tenemur ex concesso nobis ab alto regie dignitatis fastigio, tot mala occurrere et in tempore de remedio providere optimo, ne dicta Wiclefitarum secta in regno nostro successiue pululans adeo inualesceret, quod postea non sine magnis subditorum nostrorum et regni dispendiis vix poterit aboleri. Quocirca uniuersitati vestre seriose precipimus et mandamus omnino habere volentes, quatenus diligentem habere debeatis custodiam quod nullus subditorum nostrorum, cuiuscunque status seu condicionis existat, de Polonia in Bohemiam uel de Bohemia in Poloniam | per passus, dominia, capitaneatus 18a
seu tenutas vestras aliqualiter pertranseat. Si uero aliqui dei et nostro timore postposito sic vt prefertur ad Bohemiam uel econuerso transire voluerint, illos tamquam hereticos seu fautores heresum detineretis et captiuare debeatis, secus non facturi sub pena priuationis colli et bonorum nostro thezauro irremissibiliter infiscandorum.

XVII.[2]

Sigismundus dei gracia Romanorum etc. serenissimo principi domino Wladislao etc. salutem et perseuerantis fraterni amoris incrementum. Quamquam princeps serenissime frater noster carissime absque stimulo cordi nobis insit et cura vigi-

[1] Unleserlich.

[2] Sigismund nimmt Bezug auf die Verhandlungen im Zipser Land (März 1423) und fordert die Grenzsperre und das Ausfuhrsverbot; diese erfolgten 10. April 1424; er sendet ferner Copien der ‚litteras invectivas et excitantes' des Papstes und der Cardinäle; solche waren an ihn ergangen am 14. Februar (Raynaldi Ann. eccl. a. a. 1424, §. 8). Folglich muss dieser Brief etwa im Februar oder allenfalls März 1424 geschrieben sein, in welcher Zeit Sigmund nachweislich auch in Ungarn weilte und mit dem

Digitized by Google

lanti atque indefessa circa negocium contra dei et nostros infideles Bohemos hereticos hac estate totis viribus eciam vestro cum adiutorio prosequendum intendamus, verumptamen sanctissimus dominus summus pontifex ac reuerendorum dominorum cardinalium collegium litteras admodum inuectiuas et nos summe excitantes nobis direxerunt, quarum copias s. v. f. mittimus hiis interclusis, quibus lectis et intellectis clare fraternitas vestra potest considerando perpendere, quantum feruenciori studio atque cura praefatum negocium contra iamfatos Bohemos hereticos prosequendum est per nos, accelerandum et effectualiter exequendum. Quapropter placeat et eidem f. v. secundum inter nos et vestram fraternitatem tempore concordie et pacis alias in terra Scepusiensi[1] facte inite et renouate condicta et conclusa dare operam et opem, vt in virtute domini exercituum praevaricatores et hostes fidei atque nostri manu forti conterantur aut ad viam veritatis et gremium sancte matris ecclesie reducantur. Et non dubitamus frater carissime, quin et fraternitati vestre sub excitatiuo verborum tenore a predictis summo (pontifice)[2]
18 b et reuerendorum cardinalium collegio | scriptum, specialiter autem ad hoc fraternitatem vestram requirimus affectuosius quanto valemus, ut vestra fraternitas velit nobis de certo intimare et cum reali affectu per suas litteras nos cerciorare, si ipsa fraternitas vestra disposuit se nobiscum in nostrum subsidium contra predictos Bohemos hereticos velle occurrere, aut casu quo personaliter non veniretis, quod absit, ex tunc quantam gentium armatarum quantitatem et ad quoddam tempus contra antefatos Bohemos hereticos vult et disposuit fraternitas vestra nobis et in nostrum subsidium destinare, velit eadem vestra fraternitas similiter per litteras suas nobis certificare. Insuper vestram fraternitatem cordialissime rogamus, ut secundum (que)[3] nuper inter nos et fraternitatem vestram erant con-

---

Feldzug gegen die Böhmen sich beschäftigte. — Von Diós-Győr, wie dieser Brief, datirt auch mit der Angabe 30. März 1424 der durch Vermittlung und unter Bürgschaft des K. Wladyslaw den Böhmen ertheilte Geleitsbrief. S. unten Nr. LXXVI.

[1] Der Friede zu Käsmark vom 30. März 1423. Ueber die Versprechungen Jagiello's vgl. Schreiben K. Sigmunds an Card. Branda bei Martène et Durand, Thesaurus anecdot. II. 1713, Raynaldi Ann. eccl. a. a. 1423 und Eberhard Windeck bei Menken, Scr. rer. Germ. I. cap. 112.

[2] Deest in cod. [3] Deest in Cod.

Digitized by Google

dicta omnibus et singulis vestris subditis tam Polonis quam aliis quibuscunque, cuiusque status, condicionis et preeminencie existunt, interdicere et inhibere velitis quod nullus regnum Bohemie in auxilium Bohemorum hereticorum intrare[1] uel plumbum uel alias quascunque res uel merces illac eisdem afferre seu cum ipsis aliquam communionem siue comercium habere et facere presumat, nec quisquam ex pretactis libere aut cum plumbo ad Tesschen et a Tessem incedendo vsque ad Glacz aut illas ciuitates que iacent penes metas Morauie transitum facere audeat. Intimare eciam nobis petimus a fraternitate vestra, per que loca tales homines transitum fecerint, ut et nos arestacione et detencione earum valeamus aliqualiter prouidere. Datum Dyosgur.[2]

XVIII.[3]

Beatissime pater domine benignissime! Audito quomodo vestra sanctitas in me fratremque meum dominum W(ladislaum) regem Polonie solitis intenta fauoribus contributionem in clero regni Polonie pro ipso faciendam concessisset,[4] spiritus meus

---

[1] Vgl. ob. Nr. IX.

[2] Diós-Győr am Bache Szinyva in der Borsoder Gespanschaft im dritten District diesseits der Theiss.

[3] Das Datum dieses interessanten Briefes Witolds an den Papst lässt sich nur ungefähr bestimmen. Er spricht von der zweiten Flucht Sigismund Korybuts (Juni 1424) als einer vorgekommenen, und von der officiellen Aufklärung dieses Ereignisses durch den König von Polen als einer wahrscheinlichen Thatsache. Nun hatte der Secretair Nicolaus Lasocki, welcher mit diesen Aufklärungen betraut war, vom Papste ein Zeugniss darüber, dass der Papst mit den gegebenen Aufschlüssen zufrieden sei, sowohl für den König als auch für den Grossfürsten ausgewirkt, deren Abschriften in der Tabulatur des Vaticans leider ein falsches und unmögliches Datum tragen. Vgl. oben No. VI Anm. 1. — Inzwischen deutet doch der Umstand, dass Witold in diesem Briefe von den aufklärenden Mittheilungen seines königlichen Vetters als einer zuversichtlichen Wahrscheinlichkeit spricht, darauf hin, dass der Brief gleich nach der Flucht Korybuts, also im Sommer 1424 geschrieben ist.

[4] Diese Bewilligungen sind mehrfach zwar erfolgt, aber scheinen keine Wirkungen gehabt zu haben. Schon vom J. 1422 erzählt Dlugosz, H. P. XI, p. 450 f., dass der Klerus erklärt habe, er werde die Anweisung des Papstes auf 5000 Gulden nicht honoriren, erstens um kein Präcedens

Digitized by Google

19a bellorum attenuatus grauedine non modicum | respirauit. Nunquid non satisfuisset ad defensionem Tartarorum intendere, qui de die in diem ferocitatem suam in sanguine populi Christiani saciare sicientes dominia et terras nostras, nobis tamen eis in virtute potencie diuine resistentibus, demolliri et in cinerem redigi satagunt. Sed bella bellis cumulans ipse frater meus Bohemos hereticos eorumque complices pro fide Christiana onustis se exponens dispendiis diffidauit et belligeros suos in magna copia armatorum iam actu angelo pacis comite expediuit et transmisit suis propriis grauissimis impensis atque curis viriliter et animose pro sancta fide catholica eiusque zelatoribus pugnaturos tam contra dictos Bohemos hereticos in exterminium heretice prawitatis quam contra Sigismundum Corybuti, qui de Bohemia dudum revocatus licet iurauerat et se inscripserat, quod nunquam in Bohemiam redire nec hereticam prawitatem eiusque sequelas fouere, quin ymo nobiscum et eius zelatoribus Christiane religionis ad extremum prosequi debuisset, tamen salutis sue immemor et iuramentorum oblitus receptis secum nonnullis regni Polonie vasallis et eciam aliis per dictum fratrem meum contra dictos hereticos sallariatis et deputatis nouiter in ipsam Bohemiam clamdestine rediit. Qui quantas dotes munificencie a nobis suscepit, vestram sanctitatem dictus frater meus de hiis et aliis ut non dubito clarius informabit, et que quotque ad huiusmodi bellorum continuanda et extingwenda incendia requirantur sangwinis profluuia et impense, quilibet discurrere et librare poterit racione. Ut igitur frater meus ad ea sine intermissione felicius intendere ipsaque extingwere valeat, v. s. dignetur huiusmodi contributionis executionem[1] debite ce-
19b lerius demandare pro honore altissimi, | cuius res agitur, et ecclesia sua sancta atque incolumitate status sanctitatis vestre. Quod

---

zu schaffen, zweitens weil die Bedingung eines Feldzugs nach Böhmen nicht in Erfüllung ginge. Noch schroffer stellte sich der Klerus zu der 1424 erfolgten Anweisung von 20.000 Gulden, s. a. O. p. 486. Wie es scheint, ist der Versuch gemacht worden, da der Klerus des Erzbisthums Gnesen die entschiedenste Weigerung aussprach, die Summe in dem Erzbisthum Lemberg aufzubringen. Wir haben wenigstens bei Theiner, Mon. Pol. II. p. 30 Nr. 43 eine päpstliche Aufforderung an den Erzbischof von Lemberg, dem Könige 20.000 Gulden als Beisteuer zum Husitenfeldzug in zwei Raten zu zahlen.

[1] Cod. executioni.

Digitized by Google

dignetur altissimus conseruare in longitudine dierum sanam, saluam et incolumem pro consolacione mea speciali et ecclesie sue sancte.

XIX.

Dominus apostolicus aggrauat sententiam per Brandam cardinalem contra Sigismundum latam et per dominum archiepiscopum et suos Coepiscopos exequendam.[1]

Martinus episcopus servus servorum dei venerabili fratri Alberto[2] archiepiscopo Gneznenzi salutem et apostolicam benedictionem. Fraternitati tue non ambigimus notum esse quanta cum diligencia et studio laborauimus post assumpcionem nostram ad apicem summi apostolatus pro extirpandis heresibus Wiclefistarum et Hussitarum de regno Bohemie et partibus convicinis ad, que regnum, partes et loca primum bone memorie Johannem tituli sancti Sixti[3] et deinde sicut deo placuit vita

---

[1] Ein kleiner Theil dieser Bulle, welche in Ungarn, Böhmen, Polen, Deutschland veröffentlicht wurde, ist gedruckt bei Raynaldi, ann. eccl. XVIII, a. a. 1424 Nr. 9. Er setzt hinzu: extant eodem argumento litterae ad Gneznensem et Leopoliensem archiepiscopos datae. Der erstere liegt hier vor. Wir dürfen also getrost das dort gegebene Datum unserer Bulle untersetzen: Romae apud SS. Apostolos X kal. Januarii anno VII. (Das wäre freilich der 23. December 1423, was unmöglich, denn damals war Korybut nicht in Böhmen; aber sicher ist zu lesen a. VIII, also den 23. December 1424. S. Palacky III. 2. 380.)

[2] Albert Jastrzębiec, geb. um 1362 (vgl. Dzialyński, Lites et res gestae inter Polonos ordinemque Cruciferorum II, p. 266, wo er es selbst angibt), wurde 1398 Bischof von Posen, 1412 Bischof von Krakau (indem er den bisherigen Bischof Peter Visch verdrängte, was zu den heftigsten Reibungen und Parteiungen Veranlassung gab) und zugleich königlicher Kanzler. In dieser Eigenschaft leitete er 1419 und 1420 die Verhandlungen mit König Sigismund über den Streit mit dem Orden, deren ungünstiger Ausfall ihm auf dem Reichstag zu Leczyc 1420 aufgeregte Scenen zuzog. Im Jahre 1423 wurde er Erzbischof von Gnesen und Reichsprimas und starb am 2. September 1436.

[3] Johann Domenici, ein Dominikaner, war Erzbischof von Ragusa und als solcher vom Konstanzer Concil 1416 mit zwei Bischöfen und drei Doctoren nach Samogitien geschickt, um zu sehen, ob es dort noch Heiden gebe (Hardt, Acta conc. Const. IV, 606). Papst Martin V. erhob ihn zum Cardinal.

Digitized by Google

functo dilectum filium nostrum Brandam tituli sancti Clementis presbyteros cardinales apostolice sedis legatos et alios nunccios nostros cum plenaria potestate destinauimus, nec pepercimus laboribus vel impense vt tandem Bohemorum hereticorum reduccionem ad catholicam fidem Christi vel si obstinati in eorum pertinacia permanerent confusionem et subversionem ipsorum suffragantibus catholicorum principum presidiis et fauoribus nostris temporibus videremus, postmodum vero dolenter referimus cum prefati Bohemi heretici essent omnium katholicorum principum presidiis et fauoribus destituti, Sigismundus assertus dux Lithwanie dei timore postposito cum armatarum gentium exercitu ad regnum ipsum se transtulit et id tyrannice occupat et vsurpat prebendo Bohemis hereticis presidia et fauores eos-
20a que in huiusmodi dampnatis erroribus | sustentando et protegendo cum dedecore sui nominis et infamia sempiterna. Et propterea cum pridem prefatus Branda cardinalis tam sue legacionis quam eciam nostre specialis commissionis vigore inter cetera que contra hereticos pertinaces sibi exequenda commisimus et ad eius legacionis officium pertinebat, contra ipsum Sigismundum notorie de predictorum heresum labe nedum infamatum, verum eciam notorium hereticum suosque in eisdem heresibus complices, participes ac opem et auxilium dantes eidem in forma inquisicionis tamquam super notoriis legittime procedens de consilio nonnullorum in sacra pagina magistrorum ac doctorum iuris canonici et ciuilis aliarumque notabilium personarum dictum Sigismundum notorium hereticum ipsumque et prefatos complices, participes ac opem et auxilium dantes execratos, infames, sacrilegos ac fidei catholice hostes declarauerit, nec non omnibus honoribus, dignitatibus, preeminenciis, iurisdiccionibus, officiis ecclesiasticis et secularibus, dominiis, ciuitatibus, opidis, castris, villis, bonis et rebus quibuscunque per eos qualitercunque habitis et possessis priuauerit seu priuatos esse declarauerit, ac ciuitates, opida, castra, villas ac loca quecunque, in quibus receptati forent et quorum domini uel habitatores ipsis adhererent aut obedirent, ecclesiastico supposuit interdicto eosque tamquam execratos et a sancta dei ecclesia precisos in omnibus actibus publicis et priuatis a communione fidelium repelli et euitari mandando, demumque omnes et singulas penas contra hereticos seu hereticorum fautores a iure uel ab homine promulgatas incurrisse pronuncciauerit, prout in sentencia dicti

Digitized by Google

Brandae cardinalis super hoc lata plenius continetur. Nos volentes per ipsius execucionem sentencie predictorum nequiciam, que diuinam vlcionem non metuens quottidie magis crassatur in deum ac semper deteriora contra fidem catholicam machinatur, humanis quoque penis afficere et ut alii | huiusmodi metu 20b
penarum a tanto scelere compescantur, predictam execrationis sententiam aggrauantes fraternitati tue in virtute sancte obediencie et per te nobis et ecclesie prestiti iuramenti ac sub excommunicacionis pena districte precipiendo mandamus, quatenus ad dicte sentencie celerem et debitam execucionem procedens prefatum Sigismundum notorium hereticum et hostem katholice veritatis ipsumque et complices suos predictos, adherentes et ad dictam heresim sustentandam dantes consilium, auxilium et fauorem in tua Gneznensi ac aliis tibi suffraganeis ecclesiis singulis maxime dominicis et aliis festiuis diebus infra missarum solempnia, dum ibi maior aderit et convenerit populi multitudo, campanis pulsatis, candelis accensis et demum extinctis et in terram proyectis execratos, sacrilegos et fidei katholice hostes, nec non omnibus honoribus, dignitatibus, preeminenciis, iurisdiccionibus, beneficiis, officiis ecclesiasticis et secularibus, dominiis, ciuitatibus, opidis, terris, castris, bonis et rebus quibuscunque publice priuatos denunccies auctoritate nostra cunctis fidelibus et a suffraganeis tuis episcopis publice facias denunciari et ab omnibus arcius euitari ac sub penis fautorie heresis districtius eisdem inhibens, ne vllum cum dicto Sigismundo aut suis participibus et sibi adherentibus ac sequacibus cuiuscunque rei commercium aut communionem habeant vel cum eisdem exerceant seu participent quouismodo, inuocato ad hoc quotiens opus fuerit auxilio brachii secularis. Ceterum volumus quod tua fraternitas huiusmodi litterarum transsumptum publica manu confectum tuoque sigillo munitum in locis de quibus tibi videbitur pro pleniori noticia premissorum transmittere ad suffraganeos tuos et alios prelatos sicut tibi visum fuerit ac eciam insinuare procuret, cui quidem transsumpto velut originalibus litteris ab omnibus dari volumus atque decernimus dari plenam fidem. Datum etc.

Digitized by Google

XX.[1]

21a | Martinus episcopus seruus seruorum dei dilecto filio nobili viro Witoldo duci lythwanie salutem et apostolicam benediccionem. Vt nouit Excellencia tua sepius destinauimus nuncios et legatos nostros pro extirpacione errorum et heresum, quibus Bohemi operante hoste humani generis detinentur, verum seu vicio temporum seu peccatis nostris exigentibus necque reduccionem eorum ad sanam doctrinam necque expugnacionem[2] adhuc consequi potuimus, licet hoc procurauerimus studiis indefessis, quam pocius illi in sua malicia exultantes deteriores efficiuntur in dies et velud hostes catholice fidei ita sanctum deum[3] conculcant vt nullo modo differendum sit quod tante sacrilege pesti quamtocius remedia opponantur. Itaque nos quos dies et noctes vrgens hujus rei cura sollicitat, vt christiani principes ad expugnacionem inimicorum Christi nominis ardencius concurrant et tanto morbo debitis remediis se opponant, mittimus ad Germanie et alias partes venerabilem fratrem Jordanum episcopum Albanensem dominum Cardinalem de Vrsinis nostrum et sedis apostolice legatum, vt vna cum tuo inclitorumque christianorum regum et principum fauore et auxilio hec perfidia heresis tollatur funditus de vinea domini, quam nimis diu porci[4] supradicti deyectis bonis agricolis conculcant. Nobilitatem ergo tuam, qui semper fidei catholice egregius propugnator et augmentator fuisti, rogamus atque exhortamur in domino, vt sicut de

[1] Dieselbe Bulle findet sich bei Theiner, Monumenta Poloniae II, p. 32 Nr. 46, jedoch mit einem andern Datum, nämlich vom 17. Juli, an welchem Tage auch die Credenzbulle für den Jacobinus de Rubeis an den König Wladyslaw Jagiello ausgestellt ist. A. a. O. p. 32 Nr. 45. Obwohl nun Theiners Quelle die Tabulatur des Vatican ist, scheint unser Codex das Datum richtiger zu geben. Es ist zu bemerken, dass gelegentlich der Erwähnung des Legaten Giordano Orsini das Präsens gebraucht ist: ‚mittimus‘; demnach war Giordano noch nicht in seiner Legation, denn er trat auch wirklich erst im Reichstag zu Nürnberg (19. Mai—1. Juni 1426) auf. Dagegen haben wir ein Breve für den noch in Rom befindlichen Giordano dat. XVII kal. Februarii p. a. nono (bei Theiner, Monum. Hung. II. p. 205 Nr. 364). Unsere Bulle aber hat ein Datum, welches das Präsens mittimus rechtfertigt; wäre das Theiner'sche Datum richtig, hätte so nicht gesagt werden können. Auch die paar Varianten erheben unsern Text über den Theiner'schen.

[2] Th. expurgacionem. [3] Th. dominum. [4] deest ap. Th.

Digitized by Google

deuocione tua plene confidimus et de te spem gerimus singularem, ad delendam tantam perfidiam[1] perniciem tam detestandam heresim tota mente et pro viribus incumbas | succurrasque 21b
fidei ortodoxe scuto defensionis tue. Multa sunt opera que principes decorant, nullum est tamen ex omnibus maioris glorie, maioris premii apud dominum[2] quam reprimere hereticos, defensare catholicam fidem et oppressos erigere fideles. Quod licet semper studiose fecisti et ex eo fueris summas laudes consecutus, tamen in hac re tuarum virtutum laus maxime elucebit, que tamquam supra candelebrum[3] posita nullo extingwetur tempore sed lucebit in eternum. Super hiis autem et nonnullis aliis quedam referenda nobilitati tue commisimus dilecto filio Jacobino de Rubeis[4] nuntio nostro, cui velis in dicendis adhibere credenciam plenam fidei. Datum Rome apud sanctos apostolos[5] V kalendas Februarii pontificatus nostri anno nono.

XXI.

Compassio domini Johannis super morte ducis Mazouie.[6]

Preclare princeps illustris frater noster carissime! Audientibus nobis quomodo preclarus princeps dominus Johannis (!)

---

[1] deest ap. Th. [2] Th. deum. [3] Th. candelebrorum.

[4] Später empfahl Witold eben denselben der Curie als collector fructuum camerae apostolicae. S. unten Nr. CXII.

[5] Th. sub anulo (?) die XVII Julii.

[6] Der Aussteller dieses Condolenzbriefes, der einige Dunkelheiten aufhellt und manche wieder schafft, ist zwar nicht genannt, aber es ist keine Ursache vorhanden, nicht den König Władysław Jagiełło dafür zu halten. Indess ist das ohne Gewicht. Es wird hier einem Herzog Johann von Masowien im J. 1422 wegen des Todes seines Sohnes Johann condolirt. Der überlebende Vater ist — das ist klar — Janusz, der Sohn Ziemowit III. von Masowien, der in Urkunden und Geschichtswerken mit dem Beisatz ‚Senior' gewöhnlich bezeichnet wird. Ein anderer Herzog Johann von Masowien war aus dieser Zeit nicht bekannt. Długosz pflegt bei der Mittheilung vom Tode der masowischen Fürsten ihre Kinder aufzuzählen, aber dem Herzog Janusz gegenüber befand er sich offenbar in Unkenntniss, denn erstlich lässt er ihn (IX, 509) schon im J. 1428 sterben, während wir noch vom 27. October 1429 eine Urkunde von ihm haben (Kodeks Mazowiecki [Lubomirskiego] p. 173, Nr. 164); zweitens gibt er gegen seine Gewohnheit keine Nachricht von einer Descendenz, obgleich wir aus Urkunden wissen, dass ein Enkel Janusz's mit Namen Bolesław gleich

Digitized by Google

diue memorie filius v. f. et frater noster carissimus olim dux Mazouie diuina volente clemencia nuper mortis seuicia, que

nach ihm die Regierung antrat. Im Kodeks Mazowiecki p. 175, Nr. 167 nämlich haben wir eine Urkunde v. 1431, in welcher Herzog Boleslaw von Masowien seiner Mutter Anna, für den Fall dass er eher als sie stürbe, den Besitz des Warschauer Landes zusagt, und zwar speciali consensu preclare principis domine Euphemie ducisse Mazovie sororis nostre carissime; und weiterhin in der Urkunde heisst es: praeterea volentes eandem dominam Annam genitricem nostram carissimam amplioribus affectionibus prosequi sumptus et expensas olim per preclarum principem dominum Johannem Seniorem Mazovie ducem diue memorie auum nostrum carissimum in Warschovia etc. Wir kennen demnach die Schwiegertochter (Anna) und die beiden Enkel (Euphemia und Boleslaw) des Herzogs Janusz, nur noch nicht seinen Sohn. Eine Stiftungsurkunde vom J. 1439 (cf. Kozłowski, Dzieje Mazowsza p. 238) kommt uns zu Hilfe. Darin heisst es: Quomodo dum Serenissimi principes et domini, Anna relicta olim domini Boleslai ducis et Boleslaus natus ejus, duces Masoviae u. s. w. Somit hätte der Sohn Janusz's wie sein Enkel Boleslaw geheissen. Aber von einem Johann oder auch Janusz, von dem unser Condolenzbrief spricht, ist nichts zu hören und zu sehen, während wir dem Boleslaw in den ersten drei Jahrzehnten des 15. Jahrh. sehr oft, bald als Zeugen in Urkunden (z. B. vom J. 1400 Kodeks Mazowiecki p. 132 Nr. 137, wo er als Bolco juvenis dux Mazovie bezeichnet wird), bald in den Reihen der polnischen Kämpfer wider den deutschen Orden, bald als gern gesehenem Gast am polnischen Königshofe begegnen (vgl. Przeździecki, Życie domowe Jadwigi i Jagiełły an vielen Orten in den Rechnungsbüchern). Von seinem Vater muss er überlebt worden sein, wie wir sahen; aber wann er gestorben ist, das wissen wir nicht.

Nun müssen wir aber die Frage aufwerfen: Wem gegenüber nannte sich denn Janusz eigentlich ‚senior dux Masovie'? Wer war im Gegensatz dazu der junior dux M.? Da er in der Zusammenstellung mit seinem Bruder Ziemowit immer vorangesetzt wird, so dürfen wir annehmen, dass er der ältere war; wenn aber das Attribut ‚senior' in dem Verhältniss zu seinem Bruder begründet sein sollte, dann hätte er dasselbe zu allen Zeiten seiner Regierung, d. i. von 1381 an, führen müssen und dann wäre es ihm ganz besonders dort beigelegt, wo die Altersuperiorität über seinen Bruder vorzugsweise in's Gewicht fiel, nämlich als sein Vater das ganze masowische Land unter seine Söhne vertheilte (im J. 1379 im Kodeks Mazowiecki p. 91 Nr. 98) und als die beiden Brüder einen Theilungsvertrag mit einander schlossen (in demselben Jahre a. a. O. p. 92 Nr. 99). Aber gerade dort wird er einfach als dux Masoviae ohne die Beifügung ‚senior' bezeichnet. Gehen wir den öfters citirten Kodeks Mazowiecki (da ja nur die Urkunden entscheiden können) durch, so finden wir eine Urk. von 1390, worin er sich einfach dux Mazovie ohne senior nennt; in der Schenkungsurknnde von 1391 bezeichnet ihn der König gleichfalls nicht als senior; ebensowenig schreibt er sich so in der Ur-

Digitized by Google

nulli parcendo indulget quicunque eciam dignitate aut generositate sit eminens et insignis, sed omne quod humana producit

---

kunde von 1398 und in dem Geleitsbrief vom J. 1400. Auch in den Urkunden von 1402 und 1404 bezeichnet er sich ebensowenig als senior, als es Papst Bonifaz IX. in der Bulle von 1403 thut. Wenn wir jedoch in dem Schiedsspruch Bischof Alberts von Posen vom J. 1400 (das. p. 132 Nr. 137) bereits den Ausdruck ‚inter Johannem seniorem ducem' finden, so müssen wir entweder annehmen, dass derselbe in das später abgeschriebene Schiedsurtheil hinein interpolirt wurde, oder dass andere Leute sich damals bereits gewöhnten, ihn behufs der Unterscheidung als senior zu charakterisiren. Folgen wir den Urkunden im Kodeks Mazowiecki weiter, so finden wir solche von 1414, 1418, 1422, 1423, 1429, in denen sich Janusz selbst ‚dei gratia senior dux Masoviae' schreibt. So viel geht jedenfalls daraus hervor, dass mit diesem Attribut nicht das Seniorat gegen den Bruder Ziemowit ausgedrückt werden sollte, weil es sonst schon früher erforderlich gewesen wäre.

Wir müssen uns aber erinnern, dass Janusz's Vater — Ziemowit III. — gleichfalls als senior dux Masoviae in den Urkunden auftritt, und zwar namentlich von der Zeit an, da er einen Sohn Namens Ziemowit hatte. Und dieser Ziemowit, der Bruder Janusz's, wurde seinerseits auch wieder ‚senior' genannt, als er selbst einen Sohn hatte, der gleichfalls Ziemowit hiess. (Vgl. z. B. Inventarium archivi Cracoviensis p. 344: Semovitus junior et Casimirus duces Mazoviae recognoscunt Semovitum seniorem patrem suum ... homagium .... praestitisse Anno 1425; Rykaczewski's Anm. a. d. O. ist ohne Sinn.) Also: Unter den masowischen Herzögen nennt sich derjenige ‚senior', welcher einen Sohn desselben Namens hat. Liegt nicht da der Schluss auf der Hand, dass auch Janusz sich nur darum ‚senior' schrieb, weil er einen Sohn gleichen Namens hatte, und dass er sich von der Zeit an so schrieb, da derselbe in das Alter getreten war, um eine Unterscheidung von seinem Vater nöthig zu machen?

Aber, wird man einwerfen, warum hört man von diesem Janusz oder Johannes junior in seinem ganzen Leben nichts? Warum erfährt man von seinem Dasein überhaupt erst aus dem Condolenzbrief über seinen Tod? Von dem andern Sohne, von Bolesław, der auch gerade keine hervortretende Rolle spielte, wissen wir doch wenigstens anzugeben, dass er Zeuge bei Urkunden, Kämpfer gegen den Orden, Gast am Königshofe war!? — Je nun, ich glaube, die Schuld liegt nur an uns: denn jedesmal, wenn von Johannes oder Janussius dux Masoviae mit dem oder ohne den Beisatz ‚senior' die Rede war, haben wir immer nur an Johannes den Vater gedacht. Es soll mir gar nicht schwer werden einige Vorkommnisse aufzuführen, bei denen sehr gut der Sohn gemeint werden kann, wo man bisher nur an den Vater dachte. Ich will nicht behaupten, dass überall dort, wo einfach Johannes dux Maz. ohne senior von dem Zeitpunkt an steht, wo Janusz der Vater sich senior zu schreiben angefangen hat, damit nur Janusz der Sohn gemeint ist, aber zweifelsohne oft genug. Statt jedoch Zeit und Mühe auf einen Beweis zu verwenden, der nicht

Digitized by Google

natura suo legis imperio facit subyacere, vitam transitoriam pro eterna commutauit debitum carnis exoluens vniuerse, non sine

---

durchaus überzeugend ausfallen würde, weil er die andere Deutung nicht ausschliesst, will ich lieber die Aufmerksamkeit auf zwei Stellen lenken, wo nur allein von Janusz dem Jüngern ohne Concurrenz seines Vaters die Rede ist. Nach dem Stationsregister, welches Graf Przeździecki nebst Rechnungsbüchern und anderen Notaten unter dem Titel Życie domowe Jadwigi i Jagiełły herausgegeben hat, befindet sich am 11. und 12. November 1403 (das. p. 89) am königlichen Hofe ein — wenn in der gräulich schlechten Handschrift richtig gelesen ist — dux Januscius Czesniczki, was Graf Przeździecki mit Cieszyński d. i. von Teschen, Tesnensis übersetzt; allein er selbst gesteht in der Anmerkung ein, dass es unter den Herzögen von Teschen damals gar keinen Janusz gab und er hilft sich, indem er ihn für einen Herzog von Auschwitz auslegt. Aber die Sache ist einfacher; es ist Czerniczki zu lesen, und dieser Janusz der Herzog von (Masowien-) Czersk, lateinisch Czernic, und zuverlässig kein Anderer als der jüngere Janusz, von dem wir handeln. — Und noch schlagender ist die andere Stelle. Nach ebenderselben unangreifbaren Quelle (das. p. 51) zahlt der königliche Schatzmeister am 27. Juni 1394 auf schriftliche Anweisung des Königs 10 Mark „Janussio filio ducis Mazoviensis". In der Anmerkung ist erklärt, es sei Janusz, der Bruder Ziemowits, also der Aeltere; aber wie sollte der Schatzmeister einen damals etwa schon 70 Jahre alten, an zwanzig Jahre souveränen Herzog, dessen Vater schon 13 Jahre im Grabe lag, als filius ducis Mazoviensis bezeichnen? Kann man noch nach diesem directen Zeugniss an der Existenz Janusz des Jüngern von Masowien zweifeln? — Dank dem vorliegenden Condolenzschreiben ist dieser Herzog wenigstens den Genealogien wiedergegeben und wir wissen von ihm insofern mehr als von seinem Bruder Boleslaw, als wir eine Urkunde über die Zeit seines Todes (1422) besitzen. — Wenn ferner Długosz, H. P. XI, 509 den Janusz von Masowien in der Collegiatkirche zu Warschau beerdigt werden lässt, und Kozłowski, Dzieje Mazowsza p. 237 (auf den freilich nicht viel zu geben ist) dagegen anführt, dass „nach den Büchern der Metryka der Herzöge von Masowien" Janusz auf dem Schlosse zu Czersk verstarb, so wissen wir den Widerspruch zu lösen: der in Warschau ruhende ist Janusz senior der Vater, und der in Czersk Gestorbene Janusz der Sohn.

Ich stelle nunmehr (zur Fortsetzung der in meiner Geschichte Polens II, 289 gegebenen genealogischen Tabelle) das Resultat zusammen:

Ziemovit III. † 1381

Janusz I. senior † 1429			Ziemowit IV. † 1426
Janusz jun. † 1422	Boleslaw † vor 1429		5 Söhne und 5 Töchter, von denen eine Cymbarka den Herzog Ernst den Eisernen von Steiermark heiratete und die Mutter Kaiser Friedrichs III. wurde.
	Boleslaw † 1454	Euphemia	

Digitized by Google

graui cordis accepimus amaritudine et mesticia singulari, propter cuius quidem obitum vestram fraternitatem non immerito tristando thabefieri cognoscimus, cui ex cordis nostri intimis compatiendo | condolemus. Quare vestram fraternitatem petimus 22a
sincero cordis ex affectu, quatenus de morte ipsius excellenter et vltramodum dolere non velitis, sed doloribus mesticie et singultuum consolacionem, ymo racionis antidotum apponatis, ne immoderata tristicia atque dolorositas vestre persone quod absit pariat detrimentum. Spiritum igitur consolacionis reassumentes grates conditori nostro referatis, cuius nutu et voluntate omnia diriguntur prospera et aduersa, cuius personam vestra dilexit fraternitas in humanis largicione eleemosynarum et aliorum piorum operum animam eius obliuioni non tradatis, pro quibus credimus vestram fraternitatem amplius ammonere non oportet, nam per eandem viam omnes sumus procul dubio progressuri. Datum in Byeci anno XXII°.

XXII.

Super morte Elizabeth regine quondam Polonie[1].

Wladislaus etc. Serenissime principi domine Barbare[2] dei gracia Romanorum regine sorori nostre carissime. Serenissima

---

[1] Diese Königin Elisabeth (von Pilcia), welche von der klerikalen Umgebung Jagiello's tief gehasst wurde, war seine dritte Gemahlin, die er trotz dem Widerstand seiner Magnaten heiratete. Die Abenteuer, welche Dlugosz XI, 378, 380 aus ihren früheren Lebensepochen erzählt, habe ich (Geschichte Polens III. p. 477 ff) angefochten. Inzwischen haben Zeissberg (in der Zeitschrift für österr. Gymnasialwesen) und Grünhagen (in der Zeitschrift für preuss. Geschichte) Abhandlungen über diesen Gegenstand veröffentlicht, über welche ich an einem andern Orte mich äussern werde. — Die Schmähschrift, welche nach Elisabeths Tode über sie in Umlauf gebracht wurde, rührt eben von dem Stanislaw Ciolek her, der das vorliegende Formelbuch angelegt hat (vgl. die Einleitung oben).

[2] Barbara, die Gemahlin K. Sigismunds, war eine Base Anna's der zweiten Gemahlin Jagiello's, denn sie war eine Tochter des Grafen Hermann von Cilly. Sie scheint mit Jagiello in den freundlichsten Beziehungen gestanden zu haben (vgl. unten Nr. XXXII), besonders seitdem er ihre Wiederaussöhnung mit ihrem ihr grollenden Gemahl vermittelt hatte.

Digitized by Google

princeps! Non sine graui cordis amaritudine et mesticia singulari casum qui nobis accidit his diebus vestre cogimur caritati intimare. Ecce etenim inclita domina Elizabeth consors nostra regina Polonie die XII mensis Maii humanis exuta et vita temporali commutata pro eterna transiit ex hoc mundo, quod caritati vestre idcirco significare studuimus, vt sicut caritatem vestram nulla nostra latuit prosperitas sic similiter nulla aduersitas vestram pretereat noticiam aut dolor, de quo si placebit latius perscrutari fidelis familiaris noster dominus de S. ostensor pre-
22b sentis vestram informare poterit de | singulis caritatem, cui placeat petimus fidem adhibere creditiuam in dicendis. Datum in Mogilna anno XX.[0]

XXIII.

Indultus monasterii et fratribus.[1]

Wladislaus dei gracia etc. significamus etc. quomodo zelo deuocionis accensi cupientes diem extremi iudicii pyetatis operibus prevenire, consideratis et pia compassione reuolutis multiplicibus oppressionibus et nimie egestatis defectibus, quibus religiosus H. et fratres sui monasterii et conuentus in L. opprimuntur et grauantur, quorum inopie et paupertati huiusmodi misericorditer volentes succurrere, ut nostris suffragati munificenciis tempore nostri felicis regiminis oracionibus liberius vacare poterint et creatoris nostri clemenciam pro nobis suppliciter exorare, predictis abbati et fratribus kmethonibusque et incolis omnium villarum ad ipsum monasterium in L. pertinentium exacciones nostras tam pecuniales fertonaliter racione poradlne[2] per ipsos annuatim dare solitas quam etiam frumentales, videlicet tritici, siliginis et auene hoc, anno indulsimus et graciose presentibus indulgemus ipsosque et eorum quemlibet ab huiusmodi exaccionibus omnibus pecunialibus et frumentalibus hinc ad unius anni integri reuolucionem absoluimus et omnimode liberamus. Vobis igitur capitaneis uel eis qui pro tempore fuerint exactoribus quorumcunque officialibus et vice-

[1] Der Inhalt ist zu formelhaft und die Initialen H. und L. lassen so viele Deutungen zu, dass die Beziehung der Urkunde nicht zu ergründen ist.
[2] Pflugsteuer; 1 ferto = 12 Groschen.

Digitized by Google

gerentibus presentibus requirendis nostris firmis damus regalibus in mandatis omnino habere volentes, quatenus memoratos abbatem et fratres, kmethones et incolas villarum omnium ad predictum monasterium in L. pertinentium circa hanc quam ipsis concessimus inviolabiliter conseruare debeatis libertatem, in facto earundem exaccionum non aliud attemptare presumatis nisi modo prout supra nostre gracie sub obtentu secus in premissis facere non ausuri. Datum etc.

XXIV.

Super balneo Piotrkouiensi. [1] 23a

Wladislaus etc. significamus etc. quomodo discrepantibus super quodam balneo ciuibus nostris Piotrkouiensibus cum eorum aduocatis, talem arbitrii nostri sententia inter ipsos ordinacionem posuimus, quod exnunc et in antea prefati ciues balneum in ciuitate Piotrkouiensi pro se et suis usibus perpetue cum omni iure, proprietate nec non censibus, prouentibus et obuentibus ipsius vniuersis quomodolibet ad dictum balneum ab antiquo pertinentibus obtinebunt et ipsius omnes defectus et ruinas reformabunt denuo quotienscunque ipsum cadere, demolliri uel incinerari contingerit, edificabunt, erigent et parabunt ipsorum sumptibus pariter et expensis. Aduocatis autem presentibus et qui fuerint pro tempore singulis annis ad festum sancti Martini confessoris racione eiusdem balnei tres marcas monete in regno comuniter currentis quadraginta octo grossos in marcam quamlibet computando prefati ciues nostri Piotrkouienses perpetuis temporibus soluere astringantur. Horum quibus etc.

XXV.

Ut de villa fiat opidum.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quia tunc multis etc. proinde nos Wladislaus etc. quomodo peticionibus strenui A. de C. militis nostri fidelis benigniter aclinati et dignis premiis seruiciorum suorum merita, quibus

[1] Piotrkow im Gouvernement Warschau, berühmt durch mehrere Reichstage.

Digitized by Google

nostre maiestati complacuit et complacere poterit in futurum, volentes compensare ex villa ipsius C. in terra et districtu L. sita ciuitatem locandi plenam sibi concedimus facultatem et eodem uel alio vocabulo nominandi, dantes et concedentes omnibus et singulis dicte ciuitatis incolis ipsamque inhabitantibus et inhabitare volentibus omnibus iuribus, priuilegiis, libertatibus et immunitatibus, quibus alie ciuitates regni nostri pociuntur, vti, frui et gaudere, de iure Polonico, si quod ibi hactenus re-
223b manserat, in ius | Theutonicum Maydeburgense dictam ciuitatem et ipsius incolas perpetuo transferentes. Eximimus autem omnes incolas, ciues et inhabitatores eius perpetuis temporibus ab omni iurisdiccione regni nostri etc. ‚scribatur ius Theutonicum vsque ad finem.' Ut autem prefata ciuitas condicionem valeat recipere meliorem, in ipsa forum speciale singulis feriis quintis ab omnibus mercatoribus etc uiuscunque status, sexus, condicionis uel gradus hominibus in omnibus rebus, cuiuscunque fuerint generis uel speciei, statuimus exercendum perpetuo et in ewum (!) decernentes ut quicunque homines ad eandem ciuitatem cum rebus suis vendendi uel emendi gracia accesserint, securitate nostra accedendo et recedendo pociantur, nisi tales sint quos iura non tuentur et quibus merito fidedignorum consortia denegantur. Harum etc.

XXVI.

Super querendis mineris sulfureis et aliorum metallorum.

Wladislaus etc. Significamus etc. quomodo inter occupacionis nostre alias curas ad hoc studium mentis nostre extenditur, vt in regno nostro thezauros quos aut montium aut aliorum situs locorum in visceribus suis deposuit, in profectum nostrum et regni nostri producamus, ut inde virtus prouidencie nostre laudetur et status regni nostri predicti sub regimine nostro felici condicione meliori subleuetur, fidelibus nostris M. pellifici et N. scolteto de Cracovia et aliis quos in suam receperint societatem, quorum fides et industria apud nos multipliciter commendantur, dedimus potestatem et integram facultatem in villa Zwotouice [1], in qua sulfur est inuentum, et in aliis quibus-

[1] Weiter unten ist der Name des Ortes nur mit S. angedeutet. Aller Wahrscheinlichkeit nach ist damit wohl Swoszowice in Westgalizien ge-

Digitized by Google

cunque regni nostri locis et montibus, in quibus minerarum copia abscondita indicatur, fodendi, querendi, indagandi, ducendi, portandi et in formas bancorum et porcionum et alias, ex quibus labori ipsorum profectus eueniat, condiendi (sic!) eo iure, more et consuetudine prout in aliis regnis nobis vicinis Hungarie | 24a et Bohemie montium magistri et fossores gaudent et fruuntur, nostro tamen et aliorum iure semper saluo, cui in nullo volumus derogare. Quocirca vobis omnibus et singulis capitaneis, burgraviis, tenutariis etc. et incolis ac aliis quibuscunque status et condicionis hominibus et subditis nostris presentibus requirendis seriose mandamus nulla carere volentes racione, quatenus predictos M. et N. et alios quos secum ad labores assumpserint in dicta villa S. sulfur huiusmodi et mineras cuiuslibet metalli in montibus seu aliis quibuscunque locis, que ipsis ad hoc aptiora videbuntur, indagari, querere, fodire, ducere, portare et condere libere, secure, sine omni impedimento, arestacione, detencione molestia uel offensa permittatis et permitti faciatis, dum et quotiens ipsis opus fuerit et necesse, ipsos de omnibus iniuriis, violenciis et oppressionibus, si que eis a quoquam temerarie illate fuerint atque facte, nostro nomine defendere debeatis et tueri. Volumus insuper quod predicti M. et N. et alii ipsorum socii et homines, dum per quempiam citati fuerint ad quorumvis officialium nostrorum presenciam pro factis et negociis mineras montium et alia concernentibus, non debebunt corum eis respondere sed coram nobis aut capitaneo nostro generali. Horum quibus etc.

XXVII.

Rex petit indignacionem remitti cuidem accusato. [1]

Beatissime pater domine graciosissime! Intellexi quomodo sanctitas vestra contra honorabilem A. secretarium meum deuotum dilectum pro quibusdam legacionibus, quas a vestra sanctitate mihi attulit et retulit fideliter, animum indignacionis gereret et vvltum paterne benignitatis, quo eum solito vestra sanctitas sepe meis recommendatum instanciis nouerat reficere, ab ipso

meint, wo noch heute eine bedeutende Schwefelgräberei u. ein Schwefelbad sich befinden.

[1] Die Beziehungen dieses interessanten Schreibens sind mir unbekannt.

Digitized by Google

auertit. Suspicatur enim sanctitas vestra quod legaciones predictas contra intencionem sanctitatis vestre mihi attulisset uel secreta ipsius aliis preter me prodidisset. Reuera pater beatis-
24b sime testari possum pro ipso et in veritate respondere | quod legacionem huiusmodi nunquam alicui alteri quam mihi reuelauit, et si aliis patuerunt, hoc per ipsum non contigit sed per quasdam alias personas, que se a mea arbitror non abscondent noticia et vindicta manuum mearum mulctabuntur, ymo cum aliis collegis suis in exposicione legacionum, quas aliquando a vestra sanctitate attulit, in omnibus capitulis concordauit neque in aliquo fuit discors. Quocirca sanctitatem vestram humiliter supplico, quatenus s. v., cuius miseracio omnibus scit pia mansuetudine excessuum magnitudinem indulgere, prefato A. qui se sub manibus sanctitatis vestre humiliat et ad oscula pedum beatorum vestre sanctitatis recurwat, dignetur misericorditer parcere ac ipsum paterna pietate graciis prioribus et fauore amplecti. Pro gracia mea speciali personam sanctitatis vestre dignetur altissimus conseruare in longewm pro regimine ecclesie etc.

XXVIII.

Rex dat monialibus ordinis sancti Benedicti extra muros Thorunenses plenam libertatem elemosinas per regnum mendicandi.

Wladislaus etc. Significamus . . . quomodo pia benignitate pensantes dampnorum dispendia, que abbatisse et conuentui eidem sancti Benedicti et monasterii sancti spiritus extra muros Thorunenses per exercitus nostros intulimus, dum magistro et ordine Cruciferorum de Prussia bella licet inuiti gessimus,[1] volentes igitur ipsas post tot gwerrarum deflenda exercicia, oppressiones et grauamina iuxta ipsarum peticiones regia benignitate amplecti et specialibus prosequi fauoribus graciarum, ipsis hanc nostram concessimus et tenore concedimus libertatem, quod possint et valeant in omnibus ciuitatibus, opidis siue villis et aliis quibuscunque locis regni nostri per nunccios suos, quos ad hoc deputauerint, elemosinas pro nomine Christi Jesu petere, qui-

[1] Damit ist wohl der sogenannte Golub'sche Krieg gemeint 1422, obwohl Thorn in allen Invasionen des deutschen Ordenslandes hart mitgenommen wurde.

Digitized by Google

bus suffulte liberius respirare | valeant et saluatoris nostri cle- 25a
menciam pro nostra nostrorumque predecessorum salute vberius exorare. Quocirca vobis capitaneis, burgraviis, procuratoribus, viceprocuratoribus, aduocatis, consulibus, ciuibus, scultetis, kmethonibus ceterisque regni nostri officialibus et subditis quibuscunque presentibus requirendis fidelibus nostris dilectis seriose precipimus et mandamus omnino habere volentes, quatenus nunccios ad hoc per predictam abbatissam et conuentum deputatos in petendis huiusmodi elemosinis nullo modo impedire presumatis uel per quospiam perturbari permittatis, quinymo ipsos auctoritate nostra regia ab omnibus iniuriis et molestiis defendere debeatis et tueri presentibus ad nostre dumptaxat beneplacitum voluntatis valituris. Datum etc.

XXIX.

Libertas data Przeczslao de Cobilani super querendis mineris cuiuslibet metalli in regno Polonie et indigandis (!). [1]

Wladislaus etc. Significamus . . . quod cum ex debito assumpte regie dignitatis officio regni nostri profectibus et commodis debeamus intendere eiusque vtilitatibus fructibus et thezauris salubriter consulere et facere condicionem vbicunque meliorem, vt tempore nostri felicis regiminis in thezauris nouis valeat proficere et felicia recipere incrementa. Itaque consideratis et in mente reuolutis nobilis Przeczlai de Cobilani fidelis nostri prouide sagacitatis industriam et alti magisterii ingenia, que ab altissimo dono gracie specialis recepit, sibi et sociis eius, quos ad se duxerit recipiendos, tam coniunctim quam diuisim auri, argenti, cupri, plumbi et omnis alterius metalli et thezaurorum subterraneorum genera, quibuscunque poterint nuncupari nominibus, in montibus, planis, siluis, aquis, villis tam nostris quam spiritualium religiosorum et nobilium nostrorum in omnibus locis in regno nostro vbilibet existentibus | querendi, inda- 25b
gandi, laborandi, fodiendi, apperiendi et ad nostram regni nostri

[1] Ein Domarat de Kobylany war um 1428 Castellan von Biecz und später von Lublin (Inv. arch. Crac.); von diesem Przeclaw aber ist nichts bekannt. Die Familie gehörte zu dem hervorragenden und berühmten Geschlechte der Topor. — Zur Geschichte des Bergwerkwesens in Polen ist dieser Beitrag sehr zu schätzen.

Digitized by Google

et ipsorum vtilitatem educendi et ad debitam formam et prefatam producendi damus plenam et omnimodam tenore presentium facultatem sub his modis condicionibus et consuetudinibus vniuersis, quales in Ilkus et in aliis partibus extraneis circa talismodi montium et minerarum operaria et labores solita sunt obseruari et teneri. Quocirca vobis capitaneis, procuratoribus, burgraviis et quibusvis officialibus et subditis nostris eorumque vicesgerentibus necnon nobilibus, terrigenis et incolis regni nostri vbilibet per regnum nostrum constitutis presentibus requirendis nostris firmis damus regalibus in mandatis, quatenus prefato Przeczlao et sociis ipsius, si quos secum receperit, ut prefertur, in querendis huiusmodi mineris et thezauris tam in montibus quam in siluis, fluuiis, villis et in aliis quibuscunque locis, vbilibet ipsas inuenire, reperiri, indagari uel scrutari poterint, impedire conturbare et molestare et inquietare nulla presumatis racione. Sed committimus ipsos in dictis montibus, siluis, fluuiis, villis et locis quibuscunque mineras et metalla cuiuscunque generis, que sortis bone iudicio inueniri potuerint, fodere et labores facere libere et sine quouis impedimento permittatis et permitti fideliter faciatis. Et ubi necesse fuerit, ipsos ab insultibus quorumlibet emulorum protegatis, et si predictus Przeczlaus aliquem reperierit uel reperire potuerit scientem huiusmodi loca montium uel minerarum auri, argenti, plumbi uel alterius cuiuscunque generis metalli, habeant omnimodam facultatem ipsum arcendi et cogendi ad dicendum et propallandum ipsis loca huiusmodi quibuscunque penis uel tormentis, donec mineras loca et metalla fatebuntur et monstrabunt. Et tunc sibi partem iuxta consuetudinem montanorum teneantur assignare thezauri reperti cum effectu. Si vero loca pertinaciter minerarum uel metalla huiusmodi ipsis pandere contempserit,
26a extunc ipsos poterint captiuare, detinere, | mancipare et arestare subsidiis et auxiliis nostris, nostrorum capitaneorum, nobilium et baronum, si vires ipsis non subsistant aduocatis et ad hoc ipsis sub penis nostris regalibus volumus fore obligatos, quotiens ab ipsis requirentur. Preterea volumus, quod nullus siue incolarum regni nostri Polonie siue aduenarum aut extraneorum audeat uel debeat absque voluntate et consensu predictorum nostrorum montanorum in locis, in quibus ipsi suos inceperint, continuare labores; si autem aliquem secum ad huiusmodi operaria admiserit, ille nobis et successoribus nostris ad parem cum ipsis

Digitized by Google

solucionem secundum consuetudinem montium obligetur. Ceterum in vndis torrentibus et fluuiis nostris, vbicunque iuxta ipsorum montana fuerint, ad vsus suos dumptaxat et non ad vendendum aliis pisces capere poterint et piscari feras, venari et aues aucupari nec non ligna in nemoribus excidere et vsibus suis et laborum suorum tantummodo applicari, et alias in omnibus consuetudinibus remaneant montanorum, in quibus omnes alii omnino montani omnium terrarum talesmodi fodientes uel querentes in aliis locis minerarum, tamen nostris iuribus in omnibus semper saluis. Prohibemus autem omnibus et singulis iudicibus, capitaneis et quibuscunque officialibus regni nostri, ne quispiam audeat praefatos Przeczlaum et quos secum adduxerit pro causis quibuscunque iudicare, nisi ad hoc a nobis habeat specialiter commissariam potestatem. Sed si quis ipsis voluerit super quacunque causa mouere questionem, ille coram nostra maiestate prosequatur uel coram illo, cui specialiter hanc causam duxerimus committendam. Harum quibus etc.

XXX.

Libertas data Judeis per regem Polonie per spatium trium annorum.

Wladislaus etc. Significamus etc. Quomodo attendentes condicionem Judeorum multis esse odibilem et conuersacionem eorum cunctis fore | detestabilem Christianis, quorum licet et 26b
nos perfidiam detestamur, humanitati tamen eorum, quos diuina lex patitur quadam benignitate, compatimur, ne si proteccionis nostre ab ipsis dextera subtrahatur, Christiani adeo ipsis reddantur infesti, quod aut vite ipsorum incurrerent dispendia aut propter diuersas oppressiones offensas contumelias et opprobria regni nostri deserendo confinia exire cogerentur. Volentes igitur dictos Judeos, quorum adhuc conuersionem et cognicionem katholice fidei prestolamur, sub nostri regalis brachii tuicione confouere, vt quos error perfidie tanto tempore excecat spiritus sancti gracia ad laudem diuini sui nominis illustrarent, Judeis nostris, qui de Ransburg venientes sibi in ciuitate nostra Crossno habitacionem elegerunt, videlicet Nachem et Lazaro cum sociis suis, quos ipsi vocare curaverint, a die date presentium ad trium annorum spatium continue se sequentium plenam et omnimodam concessimus tenoreque presentium concedimus libertatem. Exi-

Digitized by Google

mimus insuper prefatos Judeos nostris ab omnibus exaccionibus, contribucionibus, solucionibus, daciis et quibusvis angariis, quas ab aliis Judeis nostris in certis regni nostri ciuitatibus exigere consweuimus durante dumptaxat dictorum annorum libertate. Ex speciali autem gracia nostra ipsis concessimus et tenore presentium concedimus, quod nullus Judeorum de regno nostro Polonie cum ipsis in dicta ciuitate nostra manere debet nec eam sine voluntate ipsorum inhabitare preter Judeos aduenas, quos prefati N. et L. vocauerint et in eorum societatem receperint. Quocirca vobis capitaneis, burgraviis, procuratoribus, viceprocuratoribus, tenutariis, aduocatis, consulibus, ciuibus, exactoribus ceterisque officialibus nostris et eorum vicegerentibus pro tempore existentibus presentibus requirendis tenore presentium committimus seriose et mandamus omnino habere volentes, qua-
27a tenus ipsos circa hanc quam ipsis concessimus | libertatem conseruare debeatis nec aliquos census, exacciones uel quascunque soluciones durante huiusmodi libertate nostra ab ipsis exigere presumatis gracie nostre[1] sub obtentu. Datum etc.

XXXI.

Rex donat hospitali tres marcas annuatim in perpetuum recipiendas.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. licet de regie benignitatis innata celsitudini nostre clemencia ad quorundam nostro culmini subditorum agenda comoda et profectus dextera libertatis nostre graciose extendatur, illorum tamen egestati et inopie flagrantiori zelo succurrere inardescit, qui peccatis fortasse exigentibus, sicut diuine placuit maiestati, diuersis infirmitatum langworibus affliguntur in corpore, vt post mortalitatis solutum debitum anime eorum eterne beatitudinis sentiant medicinam et ob hoc a communi aliorum conuersacione excluduntur. Sane cum ex eis, que egenis et personis miserabilibus ex rebus transitoriis erogamus, immarcescibilium diuiciarum thezauros in eternis beatorum gaudiis congregamus, proinde nos Wladislaus rex Polonie necnon terrarum etc. significamus etc. quomodo valentes hospitale sancte crucis in Bochnya[2] et personas langwidas in ipsa degentes graciarum

[1] Cod. nostro. [2] In Galizien, wo die grossen Salzwerke sich befanden.

Digitized by Google

nostrarum consolacione media fame et aliis defectibus misericorditer releuare, vt nostris suffulti munificenciis pro nostra et predecessorum nostrorum salute et signanter A. etc.[1] olim consangwineorum et conthoralium nostrarum saluatoris nostri clemenciam liberius valeant exorare, ipsis tres marcas anni census nostri, que nobis de sex mansis predicti hospitalis singulis annis solui consueuerant, pro necessariis victualium inperpetuum damus, donamus, ascribimus tenoreque presentis conferimus et largimur nichil nobis aut successoribus nostris proprietatis iuris aut dominii in predicto censu trium | marcarum ut prefertur 27b
amplius reseruantes. Harum etc. Datum . . . . .

XXXII.

Super pecuniarum donacione cuidam persone spirituali.

Wladislaus etc. Significamus . . . quomodo attento (attendentes) quod reuerendus in Christo pater dominus N(icolaus), episcopus Mednicensis[2] ecclesiam uam Mednicensem, nouam fundacionis nostre et preclari principis domini Allexandri etc. fratris nostri carissimi plantulam, vite exemplo et virtutum sciencia edificans populum scismaticum circumquaque positum ad vitam non cessat erudire verbo sacre doctrine velut plantam primo positam fecundissimi fontis rore irigare. Cupientes itaque, ne prosecu-

[1] Anna vgl. oben Anm. 3 zu No. V und Elisabeth oben zu No. XXII; u. vor diesen beiden war dem König die erste Gemahlin Hedwig, die Tochter Ludwigs von Anjou, am 17. Juli 1399 gestorben.

[2] Im Königsberger Geh. Archiv befindet sich ein Schreiben des Landmeisters von Livland an den Hochmeister des deutschen Ordens vom 17. December 1417, worin er ihn benachrichtigt, dass Witold in Miedniki ein Bisthum, Domcapitel und Priester eingesetzt habe. Nach Dlugosz, H. P. XI. 390 war der erste Bischof ein in Wilno geborener Deutscher, Namens Matthias; den jedoch haben die Samogitier — nach Johann von Posilge in Script. rer. Pruss. III. p. 376 — vertrieben, nach archivalischen Nachrichten bei Voigt Gesch. Preussens VII. 325 im Aufstande ermordet, was aber unrichtig ist, denn wir treffen ihn später als Bischof in Wilno. Vgl. unten No. LX. — Die Consecration dieses Bischofs war auf Anregung des Konstanzer Concils erfolgt; der Bericht darüber an das Concil steht bei Dzialyński, Lites et res gestae inter Polonos ordinemque Cruciferorum III. p. 130. Dort wird der Bischof Dominus M. genannt. — Die hier vorliegende Erhöhung der Dotation wurde seinem Nachfolger Bischof Nicolaus verliehen.

Digitized by Google

cionem tanti operis aliqua penuria uel defectus interseccet (? intercesset), sed feruor deuocionem continuando dirigat et fructum noue generacionis ad horea domini Sabbaoth representet et inducat, inde fides nowa prole gaudeat et ut nostra premia non decrescant et ut ea, que in presenti manus nostra in pias effudit elemosinas, valeat cum vsuris recipere in futuro, eidem domino episcopo, cuius ecclesia nondum adepta est debita stipendia, XL (sic!)[1] marcarum monete currentis in zuppis nostris et Weliciensibus et Bochnensibus ad sustentacionem status sui prouidimus meliorem harum serie mediante ad nostre beneplacitum voluntatis per ipsum uel suos nunccios apud nostros predictarum zupparum zupparios et officiales, qui fuerint pro tempore, singulis anni quatuor temporibus per XV marcas exigenda, tollenda, percipienda et leuanda et dictos zupparios nostros per suas litteras de preceptis et leuatis absoluenda et quittanda. Vobis igitur notario salis nostri zuppariis, vicezuppariis ipsius Weliciensibus et Bochnensibus et aliis officialibus, qui pro tempore fueritis, mandamus seriose, quatenus prefato domino M. uel ipsius nunccio de huiusmodi XL (!) marcis
28a singulis anni quatuor temporibus | per XV marcas, dum per ipsum uel ipsius nunccium fueritis moniti uel requisiti, prouideatis et respondeatis ad nostrarum zupparum racionem, de quibus vos idem episcopus M. suis quitabit litteris, quas velud nostras in nostris racionibus robur volumus habere ad premissa firmitatis. Harum etc.

XXXIII.

Regine Hungarie per reginam Polonie.[2]

Serenissime principi domine Barbare Romanorum etc. regine. Zophia eadem gracia etc. salutem et affectum quottidie affluere caritatis. Serenissima princeps, illustris soror nostra carissima! Litterarum vestrarum continentia, quas nuper ut decuit

[1] Der weitere Inhalt der Urkunde lehrt, dass ‚LX' zu lesen ist.

[2] Dieser freundlich neckische Brief der vierten Gemahlin König Wladyslaw Jagiellos, der Sophia oder Sonka, einer russischen Prinzessin, die 1422 mit dem Könige vermählt wurde, kann wohl nur in der Zeit abgefasst worden sein, in der die Beziehungen zwischen Jagiello und K. Sigismund wieder freundlicherer Natur geworden, d. i. also jedenfalls nach 1423.

Digitized by Google

dulciter recepimus, ad plenum intellecta magnam nobis attulit leticiam, quod v. S. serenissimi consortis nostri carissimi amore fatetur se dedicatam, et licet hec quedam tenuis et occulta dudum nobis insinuasset quorundam relacio, tanta tamen que modo proprie vocis siue scripti declararint confessio patere fide nequiuerunt; ex hoc omni securior datur nobis fiducia, quod illius amoris feruor, quem consortis nostri carissimi predicti apud v. S. ardue virtutis merita adipisci meruerunt, participio suo nos in vestris visceribus amplectetur et proinde vestri amoris et mutue dileccionis cum nostro consorte predicto communio non suspicio . . . liuoris non exterrit (sic!) sed reficit in exultacione singulari. Quod autem v. S. de inuictissimo et excellentissimo domino Sigismundo inclito conjuge vestro fratre nostro carissimo vicissitudinem concedit relatiuam, grates immensas referimus vestre caritati, cuius rei vestre Serenitati dum prestante altissimo nos conducet, personalis presencia dabitur racionabile responsum.

XXXIV.

Monicio racione alicuius promissi.[1]

Strenue, nobilis! Aliquotiens tibi scripsisse recolimus, quatenus iuxta | promissa et sponsiones militares, quibus dum apud 28 b
nos fuisses te nobis obligasti, castrum et civitatem V. quam de manibus ducis Sigismundi nepotis nostri carissimi tam nostro quam ipsius nominibus accepisti, in manus serenissimi principis domini Sigismundi Romanorum etc. regis fratris nostri carissimi iuxta vota nostra resignare. Nunc autem ex littera tua, in qua nobis ad priores litteras nostras in eodem facto resignacionis tibi missas rescribere manifeste collegimus, quod huiusmodi promissum non recordare te fecisti et petis nos, quatenus ista ad memoriam melius deducere dignaremur. Scias igitur, quod dum apud nos in L. fuisses constitutus[2] ad requisitionem et

[1] Wahrscheinlich nach der ersten Rückkehr Sigismund Korybut's aus Böhmen geschrieben. Aber um welche Stadt es sich handelt, und wer hier dem König Sigismund trotzte, dafür fehlen alle Anhaltspunkte, da die Initialen einen zu weiten Spielraum lassen.

[2] Cod. costitutus.

Digitized by Google

dicti ducis Sigismundi ciuitatem predictam prefato serenissimo domino Romanorum resignare bona fide militari promisisti. Quocirca te iteratis vicibus presenti(bus) requirimus et monendo hortamur, quatenus iuxta tuum promissum militare huiusmodi resignacionem prefato domino Sigismundo Romanorum facere non differas velut miles fidelis, cui non aliter quam fidem seruare convenit, dum per ipsum Sigismundum fueris requisitus dimissis occasionibus et coloribus qualitercunque exquisitis, per quas nequaquam a fide sic nobis promissa poteris excusari. Non enim fidelis militis, castra uel ciuitates sibi commissas alicui alteri resignare quam domino ipsas sibi conferenti. Quantum vero honori militari derogat, si fide violata tradita sibi castra in manus alienas tradiderit aut ipsa sine domini sui, a quo ipsa obtinet, voluntate tenuerit solus nosti. Datum etc.

XXXV.

Rex ciuibus, ut pecuniam in agro inuentam apportarent.

Prouidi fideles nostri dilecti! Intelleximus, quomodo summam pecuniarum, que ad C marcas se dicitur extendere, in agris per vos inuenta sit. Sed quia omnis thezaurus in visceribus
29a terre regni nostri | absconditus, dum inuentus fuerit, secundum iuris imperialis et nostri exigenciam ad nostram dicitur pertinere maiestatem, ideo vobis mandamus habere volentes, quatenus predictam pecuniam mox visis presentibus ad nos apportare debeatis sine negligencia aliquali. Secus non facturi gracie nostre sub obtentu et prout nostre indignacionis iram velitis euitare valide grauem.

XXXVI.[1]

Serenissimo principi domino Wladislao etc. salutem et fraterne caritatis incrementum et ad ea semper more solito in-

[1] Aus einigen Umständen, die der zweite Theil des Briefes anführt, können wir ihn mit einiger Sicherheit in die Zeit zwischen dem 10. und 31. Mai 1420 setzen. Erstens nimmt er Bezug auf den Breslauer Schiedsspruch vom 6. Januar 1420, von welchem nach dem Frieden von Melno 1422 nicht mehr die Rede sein konnte. Dann aber trat vom August 1421, seit-

Digitized by Google

tendere, quo religionis Christiane votiuum tutamen et optatum respiciunt incrementum. Serenissime princeps! Susceptis hodie corde sincero fraternitatis vestre litteris super nouitatibus, que terras transalpinatas et Moldauie et vastacionem earundem et aliis nephariis perniciosisque et letiferis actibus per Turcos in eisdem factis et commissis contingentibus nec non quibusdam aliis actibus magistri et ordinis Cruciferorum de Prussia describentibus seriose clarius intellectis, signanter collegimus fraternitatem vestram zelo fidei vera caritate Christi vnacum illustrissimo Witoldo magno duce L(ithuanie), fratre nostro carissimo communi, ad succurrendum terre Moldauie promptum fore et oportune dispositum, ad quod faciendum hac et prefati fratris nostri communis gloriosa et multum deo accepta intencione laudata eandem vestram fraternitatem adhortamur in visceribus caritatis. Ecce siquidem et nos, frater carissime, nouitatibus pretactis ad nos paulo ante deductis baronum regni nostri Hungarie nobiscum existentium concordi communicato consilio iam exercitum nostrum copiosum contra dictos Turcos disposuimus destinandum, sperantes in domino exercituum, cuius direccione cuncta reguntur, quod nostro pretacto exercitu illac perueniente vestraque et pretacti fratris nostri communis succursu contra dictos Thurcos in terra Moldauie descendentes et virtute vnita valida et concordi que forcior est dispersa contra eosdem Turcos viriliter agente repulsa et contrita predictorum | Turcorum 29b proteruia vtrimque terre nostre et vestre ac fratris nostri communis per nostrum ac vestrum exercitum fauente domino et clemencia eius adiuuante feliciter protegentur. Partem autem vestrarum

---

dem dem Polenkönige die böhmische Krone angeboten war, eine solche Spannung zwischen Sigismund und Jagiełło ein, dass er ihm in diesem freundlichen Tone bis 1423 nicht mehr schrieb. Wir sind demnach schon auf die ersten sieben Monate des Jahres 1420 eingeschränkt, und da Sigismund in der zweiten Hälfte des Mai sich in Kuttenberg befand (Aeneas Sylvius H. Boh. c. 42. Eb. Windeck bei Mencken c. 70 p. 1129. Hermann Corner p. 1241), so dürfen wir den vorliegenden Brief um so sicherer in diese Zeit verlegen, als wir den Brief haben (bei Raczyński Cod. dipl. Lith. p. 262), in welchem dem K. Sigismund die Gewaltthat des Ordens gegen die Herzogin Sophia von Stolp mitgetheilt wird, und dieser vom 27. April 1420 datirt. Unter dem 10. Mai 1420 finden sich im Königsberger Archiv zwei Briefe des römischen Königs aus Königgrätz (vgl. Voigt VII, p. 372 und 873). Dazwischen müssen nunmehr auch die vom Polenkönig gemeldeten Neuigkeiten aus der Moldau eingetroffen sein.

Digitized by Google

litterarum, que prefatos magistrum et ordinem Cruciferorum Prussie contingit, sincero animo puraque corde fraternitati vestre nouit altissimus, nunciamus, quod non sensimus hactenus nec sentimus hodie dictos magistrum et ordinem Cruciferorum ad offendendum vestram fraternitatem et memoratum fratrem nostrum communem aliquorsum intendere nec contra fraternitatem vestram et terras vestras ad alicuius colleccionem exercitus aspirare, ymo si, quod absit, ipsos velle de contrario sentiremus reuera, nos primum et ante omnes alios capitalem eis hostem et inimicum publicum faceremus, et non subest causa, frater carissime, ex qua eorundem Cruciferorum voto maliuolo seu nociuo talem suspicionem vehementem trahere et concipere valeatis, ut a succursu contra Turcos feruencius impediendo diuertere debeatis. Nuper enim commendator Brandenburgensis[1] ad nos personaliter accedens et nobis de differentiis inter eos ex vna et magistrum et ordinem parte ab altera hincinde crassantibus multa mutuo conferens, nos fraternitatis vestre priores litteras dampna et iniurias, quibus vos per eosdem vltramodum asserebatis[2] fuisse confectum, per ordinem continentes, eidem commendatori multis principibus sacri Romani imperii presentibus et astantibus presentauimus poscentes nobis ad eas legittime responderi. Ad quas ipse veluti sibi incognitas dixit, se respondere nescire subiungens, quod nunquam fuerit nec est intencionis magistri et ordinis prefati velle decretum sentencie per nos late quomodolibet impugnare seu ipsi aliqualiter contraire, sed ipsum decretum nostre sentencie per effectum inviolabiliter obseruare. Sic igitur, frater carissime, nolite adhuc dedignari nunccios nostros ad eosdem magistrum et ordinem vobis iuxta formam decreti nostri sentencie soluendam iterum destinare et nichilominus, si que tempore medio contra ducissam Stolpensem[3] aut eius subditos seu con-

---

[1] Am 30. Mai 1420 schreibt der Komthur von Brandenburg an den Hochmeister von Guben aus, dass der Grossfürst Witold noch immer gegen den Breslauer Schiedsspruch protestiere, und daher die Lage noch sehr kriegerisch aussehe (Voigt. VII, 377).

[2] Cod. asserabatis.

[3] Sophia die Wittwe Bogislaw VIII., die Mutter des oben zu Nr. I, Anm. 3. erwähnten jungen Herzogs. Die Gewaltthat des Ordens gegen sie erfolgte im Einverständniss mit dem Markgrafen von Brandenburg. S. Barthold Gesch. v. Pommern und Rügen IV. 1. S. 31 und Caro Gesch. Pol. III, 510.

Digitized by Google

trarios, quoscunque vobis aut fratri nostro communi subyectos fore | facta sunt, ut eo commodius tutele fidei Cristiane contra 30a
hostes Christi eciam vestre consideracionis fixa possitis mente conuertere, flectamini ad composicionem gratuitam proborum virorum arbitrio vos submittere, vt huiusmodi dissensionis displicencia sopiatur. Speramus enim indubie, quod dicti magister et ordo Cruciferorum tam in solucione pecunie[1] quam eciam in aliis quibuscunque debitum eorum faciunt per effectum. Et si que senseritis nos pro vestro desiderio facienda semper nos vltroneos habebitis veluti carissimus frater vester. Datum in montibus Kuthnis ad mandatum Franc(iscus) prepositus Strigoniensis.

XXXVII.

Rex Poloniae donat sallarium in zuppis Switrigalo.[2]

Wladislaus etc. Significamus, quomodo intime caritatis affectu, quem ad inclitum dominum Boleslaum alias S(witrigailonem) fratrem nostrum carissimum in visceribus nostris gerimus exhibitione operis que perfectissime dileccionis sortitur argumenta volentes demonstrare et fauore fraterni amoris confouere, vt munificenciis nostre libertatis se agnoscat fraternis prosecutum fauoribus et graciis communitum, proinde, quod ad nos maiori inardescat caritate et nobis ac regno nostro prestanciori fide astringatur, sibi in zuppis nostris Bochnensibus et Wyeliciensibus mille sexingentas marcas numeri Polonicalis consueti XLVIII gr. etc. de sallario annui census per zupparios nostros pro tempore existentes singulis quatuor temporibus anni per IIII C (sic) marcas super quittaciones et recogniciones ipsius assignandas et soluendas ex certa nostra scientia pariter prelatorum et baronum consensu speciali ad nostra beneplacita

---

[1] Nach Sigismunds Schiedsurtheil (bei Dogiel Cod. dipl. Pol. IV, 101—108) hatte der Orden 25.000 ungrische Goldgulden zu zahlen.

[2] Swidrigiello, der Bruder des Königs, war nach mehreren unruhigen Abenteuern 9 Jahre von dem Grossfürsten Witold in Gefangenschaft gehalten, aus der er 1418 entsprang und nach Konstanz zum K. Sigismund entfloh. Dieser söhnte ihn im Mai 1419 mit K. Wladysław wieder aus. 1421 unterhandelte der treulose Herzog wieder mit dem Orden; 1422 aber kämpfte er mit seinem königlichen Bruder wider denselben. War die Verleihung der Apanage von 1600 Mark jährlich der Lohn dafür?

Digitized by Google

voluntatis. Quocirca tibi A. et aliis nostri vtriusque salis zuppariis et aliis pro tempore existentibus seriose mandamus, quatenus prefato Boleslao de sallario huiusmodi ad quittacionem ipsius de quadringentis marcis singulis quatuor temporibus respondere debeatis nostre gracie sub obtentu. Datum etc. Harum etc.

XXXVIII.

Dominus rex ad apostolicum, ut ecclesiam pro suffragante reuerendo patri domino Alberto[1] *incorporare permitteret sibi suffragantibus.*

30b | Beatissime pater, domine benignissime! Reuerendus in Christo pater dominus Albertus pro suffraganeis suis in officiis pontificalibus pro ipso ministrantibus vellet ecclesiam in Jan. dioecesis sue Gneznensis, si vestre sanctitatis paternus consensus accederet, perpetuo incorporare, ut suffraganei in ministeriis huiusmodi qui fuerunt pro tempore seruientes subsidiis debitis non carerent. Quocirco s. v. supplico humiliter, quatenus sanctitas vestra iustum et commendabile ipsius propositum paterne dignetur suscipere et iuxta supplicationem ex parte sua porrigimus incorporationem huiusmodi concedere et paterne eidem consentire pro gracia et fauore meo speciali. Wladislaus etc.

XXXIX.

Littera data ciuibus Poznaniensibus per regem Polonie, ut nullus in ciuitate praesumat manere uel in suburbio, qui nollet eorum oneri subyacere.

Significamus etc. quomodo attendentes ex hoc ciuibus nostris Poznaniensibus non pauca imminere preiudicia, dum quidam nobiles et ceteri alii domos brasea et alia huiusmodi habitacula et edificia inter ipsos et infra muros ciuitatis uel in suburbiis eius comparare consueuerint et omnia cum dictis ciuibus ciuitati imposita portare contradicunt; cum itaque iniustum esse censeatur, ut quis honore gaudere debeat, qui oneri subesse recusat, volumus et praesentibus decreuimus, ut quemcunque in dicta ciuitate nostra Poznaniensi uel eius suburbiis ad ciuitatem spectantibus domum habere aut emere contigerit et litteris paten-

[1] Vgl. oben Nr. XIX. Anm. 2.

Digitized by Google

tibus et priuilegiis autenticis, ab oneribus ciuitatis predicte exempti non fuerint (sic), uel alias de hoc certis plenis et legittimis caruerint documentis, omnibus oneribus subiaceant, quibus alii ciues et incole ciuitatis predicte et suburbiorum eius subiacere consueuerunt. Harum etc.

XL.

Terrigene Russie promittunt domino regi de auena et II gr(ossis) respondere.[1]

Nos A. et B., terrigene Russie, significamus, quomodo | sere- 31a
nissimum principem etc. volentes facere securiorem de redditibus et prouentibus suis, quos et que sibi in terris Russie in et super omnibus incolis et inhabitatoribus et indigenis tam katholicis quam scismaticis post concessionem, donacionem et attribucionem iurium, iurisdiccionum et iudiciorum dictis terris prestitorum reseruauit, que in articulis infrascriptis distinguntur, promittimus sine fraude et dolo bona fide et sub pena ammissionis omnium iurium et singulorum predictorum ac recessionis ab eisdem, fideliter tenere, implere, custodire et sine omni contradiccione, dissimilacione, dilacione et euasione obseruare. Imprimis promittimus et spondemus ad tempora vite sue de auena, que post contribucionem ‚podymne' dictam siue fumalem colleccionem vnacum duobis grossis de quolibet manso possesso de omnibus villis nobilium dari solitis sibi respondere ad omnes expediciones tam extraneas quam domesticas sine omni stipendio aut solucione uel subsidiis quibuscunque pecuniariis uel aliis

[1] In dem grossen Privilegium, das der Reichstag 1426 dem Könige Wladyslaw Jagiello zur Bestätigung unterbreitete, wofern die Succession seines eben geborenen Sohnes anerkannt werden sollte, das er jedoch erst 1430 unter dem Druck seines Conflicts mit Witold bestätigt hat (s. unten Nr. LXV), heisst es im §. 26. Item pollicemur: quod omnes terras nostras regni nostri Poloniae etiam terram Russiae includendo salvis tamen avenae contributionibus (de quibus nobis ad tempora vitae nostrae sola Russia respondebit) ad unum jus unam legem communem omnibus terris reducemus, reducimusque, adunamus, et unimus, tenore praesentium mendiante. Offenbar bezieht sich der Paragraph auf die hier vorliegende Abmachung. Die 2 Groschen pr. Hufe (Krolewczyzna oder królestwo hiess die Steuer) wurde im ganzen Lande erhoben. — Die avenae hatten ausser Reussen noch die Provinzen Kujawien und Dobrzyn (s. §. 30 des Statuts) auf zehn Jahre zu entrichten.

Digitized by Google

famulari, castra et eorum ruinas, quocienscunque ad hoc requisiti fuerimus, reparare et nowa denuo edificare et erigere et vsque a fundamentis ad finem consumare. Harum quibus. sigilla etc.

XLI[1].

Wladislaus etc. Venerabilis amice noster! Ex scriptis litterarum vestrarum signanter collegimus, quomodo quidam regni nostri sicut scribitis indigene in terris et metis preclarorum ducum Slesie mercatores vestros eorum bonis et mercanciis suis latrociniis et rapinis spoliare et depredare ausu temerario presumpserunt, de quo non minus nos quam vosmet ipsi doluimus et dolemus. Sed antequam littere vestre super hoc facto nepharío advenere, hoc ipsum per nostros quosdam fideles diutius extitit intimatum. Quorum quidem malefactorum ausus huiusmodi temerarios nolentes relinquere impunitos omnibus nostris subditis, ad quos praesens spectabat officium, seriose commisi-
31 b mus in mandatis, | quatenus pretactos malefactores omnibus modis quibus possent melioribus exquirere deberent et scrutari inuentosque diris et condignis tradere suppliciis ac tormentis, ipsorum nephandis iniuriosis et enormibus requirentes excessibus, prout et nonnulli ipsorum malefactorum, qui deprehensi fuere, iam pro eo patibuli supplicium subierunt; vniuersas quoque et singulas res et mercancias sic per eos receptas et ablatas, que inueniri et rehaberi possint vestris fideliter hominibus restitui iniunximus gracie nostre sub optentu. Et adhuc possetenus curam et sollicitudinem pro restitucione ipsarum apponere volumus diligenter, nichilominus et preclaros duces Zlesie, in quorum[2] hec latrocinia sunt commissa, requiratis, vt subditos suos, qui huius flagiciosi sceleris sunt conscii et complices, sicut nobis exponitur, ad restitutionem rerum predictarum velint compellere

---

[1] Dieser vom 16. April 1421 datirte, an den Hochmeister Michael Kuchmeister gerichtete Brief hat sich im Original im Königsberger Archiv erhalten, wonach er von Raczyński, Cod. dipl. Lith. p. 278 mitgetheilt wurde. Wir konnten darnach zwei Auslassungen unseres Codex und den ganzen Schluss ergänzen. Man sieht übrigens aus diesem Beispiel, dass Stanislaw Ciolek in den Liber cancellarie auch Briefe aufnahm, die er nicht concipirt hatte.

[2] R. terris.

Digitized by Google

et suam diligentiam quemadmodum nos[1] adhibere. [Insuper[2] ad venerabilitatem vestram Magnificum Janussium palatinum Vladislaviensem et Capitaneum Dobrinensem cum ceteris nunciis nostris pro levanda, tollenda et exigenda summa duodecim millium cum quingentis florenorum hungaricalium aut ducatorum de Veneciis nobis super festum Sancti Georgii proximum per nos solvendorum dirigimus affectantes, quatenus ipsos in eorum negotiis et agendis velitis favorabiliter expedire. Datum in Myechow feria quarta proxima post. . Tiburcii anno domini millesimo quadringentesimo vicesimo primo.

Ad relationem venerabilis domini Johannis decani Cracoviensis et Polonie vicecancellarii et religioso domino Michaeli Kochmeyster ordinis sancte Marie de Prussia Magistro generali amico nostro carissimo.]

XLII.

Littera diffidatoria a rege Polonie magistro et ordini Cruciferorum de Prussia XXII.[3]

Venerabilibus et religiosis fratribus Paulo de Rusdorff, magistro generali, commendatoribus et compreceptoribus ordinis[4] Cruciferorum de Prussia. Venerabiles et religiosi fratres! Potuit toti mundo patescere (sic!) et vos ipsi non potestis diffiteri, quod semper vobiscum pacem quesiuimus et in cuius prosecutione quantos vobis et ordini fauores porreximus, ipsa opera fateantur. Nonne castra, ciuitates, terras, opida et loca, que nobis iure belli post habitum de vobis et ordine vestro triumphum subyecimus, vt vobiscum pacem firmaremus, pia vobis mansuetudine restituimus? Quociens autem illi colla subyecistis, tociens illam iterum studuistis violare; vobis vero semper modis omnibus, ut populo Christiano bona seruaretur tranquilitas et ut ab effusione sangwinis Christiani | manus innocuas seruaremus, ite- 32a

[1] R. Facimus.

[2] Ergänzung aus dem Original.

[3] Im Königsberger geh. Archiv fehlt dieser Absagebrief; dagegen befindet sich dort ein anderer von Seiten des das Kriegsheer der Polen begleitenden Bruders des polnischen Königs Swidrigiełło, datirt: in Borawo terre Mazovie situato feria II post festum s. Jacobi 1422.

[4] Cod. eidem.

Digitized by Google

rum ac iterum vos ad illam reduximus, sed non profuit in hoc nostra diligentia, quia semper spernentes, que nostra benignitas vobis renitentibus addidit omnibus beneficiis nostris, fecistis vos ingratos et incepistis nos variis afficere contumeliis ad bona nostra et nostrorum manus extendentes violentas. Et si sedes apostolica sua interposicionis studia, treugas inter nos et ordinem vestrum posuisset, nobis ex integro illas seruantibus vos se in illis semper fecistis pertinaces et tanto durius se contra nos et nostros latenter et nonnunquam patule erexistis. Cum autem super his et aliis plurimis displicenciis non absque notabili nostrorum bonorum dispendio serenissimus princeps dominus Sigismundus Romanorum rex etc. frater noster carissimus vi cuiusdam compromissi etc. sentenciam nobis totaliter contrariam et parti vestre propiciam promulgasset,[1] nos illi, ut pax inter nos potuisset conseruari illibata et tocius Christianitatis profectus procurari, ex toto paruimus, vos autem dicte sentencie a nobis omnibus exactis in execucione capitulis soli parere sibi contempsistis et pecunias, quas nobis vigore dicte sentencie dare debuistis, hactenus retinetis. Et ad hec post hanc sentenciam vias tam in aqua quam in terra, quas ex vi dicte sentencie debuistis apperire, prohibuistis et in multis aliis formam eius excessistis. Et quod nobis plus auxit doloris incrementa, quosdam nobiles nostros intra metas regni nostri commissa eis negocia circa viarum custodias exequentes nec nostros sed proprios incolas, qui contra prohibicionem et edictum generale et antiquum sal de terris vestris in preiudicium nostrum notabile deducebant, arestantes clam captos cum vestibus et armis eorum in maius prodigium regie maiestatis dedecus et contemptum nunquam a nobis aut nostris officialibus petita iusticia morte
32b patibuli turpissima condempnastis villasque ecclesiarum | Gneznensis et Poznaniensis atque nostras in terra Naklensi infra treugas inter nos protunc durantes variis et immanis displicacionibus subyecistis; castrum notabile regni nostri Drahe(i)m per quosdam doli auctores recipi astute pendentes treugas subordinastis et continuo ibi quosdam ex vestris subditis de opido Dranburg in custodiam posuistis. Nouissime vero sanctissimus dominus noster papa Martinus modernus per suas litteras et reuerendun in Christo patrem dominum Anthonium Zeno nun-

[1] prowlgasset in Cod.

Digitized by Google

cium suum specialem treugas inter nos et ordinem vestrum huiusmodi interponere decreuit, cuius decreto, vt nil in nobis deficeret, quod pax posset comoda perturbari, obedire nequaquam distulimus et parati fuerimus eo modo amplecti treugas pacis, quo aliquociens aliis vicibus inter nos foret obseruata tam per dictum dominum nostrum papam quam per dominum Sigismundum regem predictum illustremque et magnificum principem dominum Fredericum marchionem Brandenburgensem et alios sepe tractatores; vos vero per dictum dominum Antonium ad easdem requisiti, ab eis se totaliter abstraxistis. Quamquam autem tantis acerbati fuerimus molestiis et iniuriis lacessiti, non statim ad arma recurrimus, sed cum paciencia propter pacis comoda suscipimus tanta mala. [1] Sed ut nichil resultaret, quo nostra possit notari iusticia et pura quam in hiis gerebamus intencio accusari, nunquam vos pluries iam litteris iam nunciis auisare omisimus vel illos, ad quod defectuum predictorum reformacio pertinere videbatur, negleximus exhortari, quatenus nobis expressa in predicta sentencia capitula seruarentur pro iniuriis que nobis fieret recompensa. Nichil tamen tam frequens studium nostrum et labor reportare potuit in effectu. Ex quibus aperte iam liquet, quod hec facta non sine horrendo dispendio, quod mesto corde deus nouit et inuiti temptare vellemus, possunt terminari, a quo fauente altissimo tanto tempore abstinuimus. Quidquid | autem mali in eo acciderit, cum sitis 33a
eorum occasio non nostra sed vestris animabus onus hoc iusto dei iudicio confidimus imponetur. Ne itaque maiestatis nostre intencio in premissis nobis et ordini vestro sit incognita, cum omnibus et singulis principibus, fratribus nostris carissimis, baronibus, militibus, proceribus, nobilibus, terrigenis, indigenis regni nostri ac subditis nec non coadiutoribus et adherentibus nobis quibuscunque et amicis illisque, qui pro nostra facere voluerint maiestate, licet iam post treugarum expiracionem illud minime expediret, vos, ordinem vestrum et coadiutores vestros pro tot et tantis opprobriis, molestiis, iniuriis et offensis, quas a vobis pertulimus, diffidamus. Datum in Wolborz[1] post Margarete XXII.

---

[1] In den vier Kriegen des Polenkönigs Wladyslaw gegen den deutschen Orden (im ‚grossen Kriege' 1410, im ‚Hungerkrieg' 1414, im ‚Rückzugskrieg' 1420 und im ‚golubschen Kriege' 1422) war jedesmal Wolborz (an dem Wolborka Seitenfluss der Pilica unfern Petrikau) der Sammelpunkt

Digitized by Google

XLIII.

Sequitur super foro carnium alias sochaczky libertas.

Wladislaus etc. Significamus etc. quomodo attendentes, quod montanos nostros et alios homines communes, qui ibi circa montes nostros pro vtilitate et comodo nostro quotidiano labore torquentur, vt thezauris nostris copia inferatur, carnium et aliorum ciborum defectus oppressit et multiplex penuria aggrauat, propterea[1] ipsorum volentes necessitati subuenire ymo nostris consulere profectibus, quos exinde speramus nos reportare, et quatenus montani predicti nostri victualium habundancia fulciti et numero augeantur et amplius et diligentius laboribus montium intendant, ac pro vtilitate tocius ciuitatis nostre Ilkussiensis[2] forum carnium liberum, sochaczsky wlgariter appellatum, in ipsa ciuitate Ilkusz singulis septimanis feria secunda constituimus et deputamus ab omnibus hominibus carnes vendere volentibus libere et sine omni impedimento cuiuslibet more aliarum ciuitatum nostrarum, que pari libertate fori carnium gratulantur, tam in bancis quam in aliis locis ciuitatis nostre Ilkus ad hoc aptis
33b exerceri. | Quocirca vobis omnibus et singulis capitaneis, burgrauiis, procuratoribus, magistris ciuium, consulibus, ciuibus et aliis officialibus nostris in terra nostra Cracovia et vbilibet constitutis mandamus, quatenus omnes et singulos homines cuiuscunque condicionis fuerint, carnes in dicta ciuitate nostra vendentes et vendere volentes feria secunda singulis cuiuslibet anni septimanis nullatenus impedire, arrestare uel alia qualibet molestia racione huiusmodi fori carnium presumatis perturbare gracie nostre sub obtentu. Quinymo vos ciues Ilkussienses precipue habita proclamacione publica per prius forum predictum liberum in ciuitate nostra Ilkussiensi predicta seruandum intimetis. Si quis autem huius nostre libertatis presumpserit donacionem quomodolibet impedire nostre regie vlcionis penas non euadet. Harum etc.

---

für das allgemeine Heeresaufgebot, von dem aus der Vormarsch nach Norden begann.

[1] Cod. proptera.

[2] Das heutige Olkusz nördlich von Krakau im Gouv. Radom mit ersoffenen Silber- und Bleigruben und reichen Zinkbergwerken.

Digitized by Google

XLIV.

Littera ad magistrum ordinis sancti Johannis, vt quendam commendatorem circa tenutam conseruaret.

Wenerabilis et religiose amice noster carissime! Intelleximus, quomodo vestra sinceritas honorabilem et religiosum N. commendatorem sancti Johannis extra muros Poznaniensis a tenuta bonorum, que possidebat, vellet remouere et alteri ipsam conferre. Ideo sinceritatem vestram petimus ex affectu, quatenus prefatum N., quem morum probitas et vite venusta religio in conspectu maiestatis nostre reddunt carum habentes intime recommissum, ipsum velitis vestris amplecti fauoribus et circa tenutam hanc, quam sibi ad tempora vite concessimus et dedimus, contemplacione nostri relinquere. Cuius exigentes meritis prefato ordini vestro speciali zelo afficimur caritatis et hospitalia vestra singularibus graciarum fauoribus prosequimur. Possent enim alterius commendatoris mores nobis et regni nostri proceribus | displicere, propter quos feruor dileccionis, quem ad 34a
ordinem vestrum gerimus in nobis, posset decrescere et extingwi pro grata et valde accepta complacentia nobis facientes pari nobis vicissitudine compessamus. Datum . . .

XLV.

Juramentum regis Hungarie prestitum duci Witoldo et postea multipliciter violatum.[1]

Sigismundus etc. Romanorum rex etc. Recognoscimus et tenore presentium profitemur magnifico principi domino Alexandro alias Witoldo magno duci Lithuanie, illustri consanguineo nostro carissimo, ad fidem puram et perfectam seruandam nos per votum juramenti ligno crucis viuifice per nos tacto corpore[2] prestiti obligatum et adstrictum, quod quidem iuramentum seu fidei sacramentum sibi fecimus et prestitimus per

[1] Dieser Eid war schon 1412 in der Conferenz von Libló am Poprad von K. Sigismund geleistet worden, damals freilich nur dem K. Wladyslaw (Dogiel. Cod. dipl. Pol. I p. 49), denn Witold war nicht zugegen. Die Wiederholung desselben in Constanz, und wie das Vorliegende zeigt, die besondere auf Witold betreffende Formel war hervorgerufen durch den Wunsch des Concils, den polnischen König und den litthauischen Grossfürsten für den Krieg mit den Türken zu gewinnen. Vgl. Caro, Gesch. Polens III, p. 450.

[2] Dog. corporaliter.

Digitized by Google

formam verborum infrascriptam: Ego Sigismundus, rex Romanorum, Juro, quod exnunc fidem seruabo domino Allexandro alias Witoldo magnoduci Lythwanie, Consangwineo nostro carissimo, et ipsum semper prosequar sinceris fauoribus et liberos suos legitimos et heredes bonum status sui et honoris procurando et commoda ac profectus eius ordinando vbilibet, nec unquam ad obtinenda bona,[1] terras, principatus et dominia, que nunc habet et in futurum habiturus est, volo attendere vel ad perimendam seu perdendam vitam eius, uel mortem sibi procurandam quomodolibet aspirare aut cogitare, sed vbicunque mali aliquid et sinistri de ipso audiuero, sciuero et sensero ipsum fideliter . . . .[2] (premuniam, et sibi contra insidias omnium inimicorum suorum firmiter toto posse assistam, dolo et fraude quibuslibet proculmotis; eumque ac liberos) suos legitimos et heredes nunquam deseram, ymo pro honore et statu eius bona, profectus et commoda ipsius tanquam propria procurabo, ordinabo
34b et disponam, quamdiu | vitam duxero in humanis. Sic me deus adiuuet et sancta Crux sanctaque Maria mater Christi et omnes sancti. Vt autem maior caritas, securitas atque certitudo inter predictos dominum Sigismundum etc. Allexandrum etc. augeatur et crescat Nos Nicolaus de Gora, palatinus regni Hungarie, Andreas etc. promittimus et spondemus, quod ipsum dominum Sigismundum, regem dominum nostrum graciosum, ad hoc tenebimus et nostris hortationibus inducemus, quod iuramentum suum predicto domino Allexandro iuratum[3] et bona fide factum et prestitum in omnibus articulis, clausulis et condicionibus tenebit ad tempora vite sue constanter et seruabit nec unquam predicto domino Sigismundo etc. domino nostro gracioso huius[4] contrarium consulemus. Harum[5] quibus sigillum nostre maiestatis appensum est testimonio literarum. Datum Constantie XX die mensis aprilis anno domini millesimo CCCC° XV° regnorum nostrorum anno Hungarie vicesimo nono Romanorum vero quinto.

---

[1] Dog. bona, regna.

[2] Die oben eingeklammerte Stelle ist dem Dogiel'schen Text entnommen, in unserem Codex fehlt sie.

[3] Dog. cum matura. [4] Dog. huiusmodi.

[5] Im Dogiel'schen Text folgen hier noch Bestätigung der früheren Verträge von Iglau und Altstadt, sowie das Datum Libló etc. etc. Das Datum Konstanz ist wieder übereinstimmend.

Digitized by Google

XLVI.

Henricus, dei gracia rex Anglie, heres ac regens regni Francie[1] illustri principi etc. salutem et sincere dileccionis augmentum. Indubitatam gerentes fiduciam, quod de status nostri essentia recognoscere cupiatis, grata nowa illustri nobilitati vestre significamus, quod et status et persone votiua deo laudes felicitate potimur, id ipsum de vobis presentire ex intimo cordis affectu cupientes. Tenentes itaque pro certissimo, quod de modo et serie pacis perpetue et finalis inter serenissimum principem patrem nostrum Francie precarissimum et nos | ac 35a
Francie et Anglie regna diuina mediante clemencia nuper composite et deinde Parisiis[2] de trium statuum regni Francie expresso vnanimique consensu comprobate, libenter vtpote princeps catholicus certificari velitis nobili viro Gilberto de Alueto,[3] militi predicti patris nostri atque nostro latori presentis ad loca varia devocionis affectu presencialiter transeunti, qui predicte pacis composicioni comprobacionique interfuit, mandauimus ad vestri declinare conspectum et prelibate pacis seriem vobis, amice carissime, vnacum aliis viue vocis officio declarare. Quem per vestra districtus et dominia transiturum vestra velit amicicia habere specialiter recommissum et oportunis prosequi fauoribus

---

[1] Heinrich V. aus dem Hause Lancastre, denn der Brief ist in das Jahr 1420 zu setzen. Der Friede mit Frankreich, von dem er officielle Anzeige macht, ist der Friede von Troyes vom 21. Mai 1420. Erst am 1. December hielt Heinrich seinen Einzug in Paris, am 6. traten die Stände, Parlament und Universität von Paris dem Frieden bei, und eben in diesen December-Tagen trat Heinrich seine Thätigkeit als Regent von Frankreich an. — Im Frieden von Troyes erhielt Heinrich das Recht sich so zu tituliren, wie es in diesem Briefe geschieht. Vgl. Pauli, Gesch. Englands V, S. 162—166.

[2] Parisius in Cod.

[3] Bei Długosz H. P. IX, 438 wird vom J. 1421 erzählt: Dum autem (Wladislaus rex) S. Joannis Baptistae apud Ozimini ageret, Vilhelmus de Lamwoy Burgundus miles aduenit et regi ex parte Henrici Anglorum regis literis commendatitiis et muneribus videlicet, stamine atlantico auro intexto, galea ferrea crista aurea insigni, et duobus Anglicis arcubus, praesentatis petebat, sibi per terras Dominiorum suorum in terram sanctam Hierosolymorum tendenti, saluum conductum prestari. Vgl. unten Nr. LIV. Offenbar also unser Brief; der Name des Botschafters ist verstümmelt; es ist Gilbert de Lannoy, Seigneur d'Ecluse; aus dessen Tagebuch eine kurze hier zutreffende Stelle ausgezogen ist in Scriptt. rer. Pruss. III. p. 450 unten.

Digitized by Google

his nostris rogatibus et amore, prout caris vestris, cum ad nostre ditionis terminos declinauerint, paria fauoris indicia declarabimus impertiri. Datum sub signeto nostro Parisius (!) XXIIII die mensis Decembris.

XLVII.

Litterae regis Anglie Francie ad dominum Wi(toldum) in facto statum et reformacionem ecclesie concernentes. [1]

Henricus, dei gracia rex Anglie Francie et dominus Hibernie, illustri et potenti principi Allexandro duci Lythwanie etc. amico nostro carissimo salutem et votiue dileccionis continuum incrementum. Illustris princeps et amice carissime! Ingenti desiderio affectantes de statu vestro vtinam semper prospero et felici nowa recipere placabilia et iocunda amiciciam vestram affectuose rogamus, quatenus de huiusmodi vestri status continentia salutari per litteras vestras aut interuenientium oraculo nunciorum sepius nos velitis efficere cerciores, qui de presenti
35b grata per dei graciam corporis fruimus sospitate, | de quo vos confidimus admodum gratulari. Ceterum, illustris princeps amiceque carissime, pro quibusdam negociis vniuersalis ecclesie statum et reformacionem concernentibus egregium legum doctorem nobis vtiquam sincere dilectum magistrum Johannem Narcon .. ad vestram presenciam censimus euestigio destinandum Eidem, amicitie si placeat, intencionem vestram super materiis huiusmodi viue vocis officio relaturum, cuius affectibus in hac parte fidem velit adhibere indubiam vestra amicitia prelibata, quam conseruet altissimus prospere et longewe. Datum sub privato sigillo nostro in pallacio nostro Westmonasterii XX^mo^ die Julii.

XLVIII.

Papa scribit regi Polonie, ut indignacionem capitulo Gnesnensi remitteret. [2]

Martinus episcopus seruus seruorum dei carissimo in Christo filio Wladislao Polonie regi illustri salutem et apostoli-

[1] Unter dem Namen Heinrich's VI. von Lancastre, aber selbstverständlich von dem Regenten, dem Herzog von Bedfort. In dem unter No. LVIII mitgetheilten Schreiben K. Sigismunds an Witold berichtet er ihm am 27. September 1424 von einer ähnlichen empfangenen Botschaft, so dass wir wohl nicht irren, wenn wir diesen Brief i. J. 1424 ausgestellt denken.

[2] Weder bei Theiner noch bei Raynald erwähnt. Die Angelegenheit, auf welche das Schreiben Bezug hat, ist ausführlich erzählt Długosz H. P. XI. 468.

Digitized by Google

cam benediccionem. Querit semper Sathanas, inimicus pacis et salutis humane, in rebus sanctioribus seminare zyzaniam, vnde pax Christiana et fidelium religio perturbetur, sicut nuper accidit in eleccione pastoris Gneznensis ecclesie. Nam per litteras tuas nobis traditas a dilecto filio Mathia cognouimus, nonnullos canonicos et prelatos ecclesie memorate tuam indignacionem incurisse propterea, quod in eleccione predicta ad dilectum filium Vincentium decanum ipsius ecclesie direxerunt contra desiderium voluntatis tue, cui placet et iustum est iustis ex causis, vt venerabilis frater noster Albertus Crac(oviensis) episcopus, a nonnullis aliis canonicis postulatus, ad prefatam ecclesiam transferatur. In qua re suo tempore per nos fiat iusta et honesta | prouisio tuis honestis desideriis non aduersa. Sed 36a
propter caritatem, qua erga personam tuam sumus affecti, fili carissime, excellenciam tuam rogamus, ut propter hoc tuam non abycias caritatem, quam seruare debes in proximos et eos maxime, qui in regno tuo sub proteccione tua viuunt et ut liberi essent in seculo sese ecclesie manciparunt. Ex quo si forte in eligendo pastorem suum vsi sunt ecclesiastica libertate, non debetur propter hoc tua regalis pietas perturbare. Quod si eciam peccassent humano errore prolapsi, proprium est, illis clemencie tue ignoscere et misereri. Quod ut placato animo facias et eosdem tuam reducas in graciam pro honore tuo et anime tue salute, et hortamur et obsecramus humanitatem tuam, cuius maiori ascribetur laude, si tibi aduersantibus veniam largiaris. Hoc propter ea scire te volumus, quod perseuerante[1] te in indignacione preconcepta, non possemus honeste, sicut optas, ipsi Gneznensi ecclesie de pastore ydoneo prouidere, ne videretur aliquid non libere eleccioni sed totum regie potestati et iracundie fuisse concessum contra nostram et sedis apostolice dignitatem. Quare omnino indignacionem tuam conceptam in predictos decanum et ipsius electores pro tua benignitate deponere (?). Nam cum in omnes homines et in omni causa vti clemencia pulcrum sit et regibus atque principibus ad singularem cedat gloriam, precipue vtendum regia humanitate erga personas ecclesiasticas, quarum benigna tractacio grata est deo et accepta, qui pietati tue retribuet beatitudinem sempiternam. Datum Rome apud sanctos Kalendis Junii pontificatus nostri anno sexto.

[1] Cod. | perseuerente.

Digitized by Google

XLIX.

A) *Wladislaus rex Polonie refert graciarum acciones domino apostolico de fauore, quem ostendit in promocione reuerendorum patrum Alberti*
36b *archiepiscopi et Sbignei episcopi Crac(oviensis).*[1] |

Beatissime pater et domine benignissime! Quascunque potest mea deuocio et preualet humilitas, sanctitati vestre refero graciarum acciones pro eo, quod sanctitatis vestre clemencia dignata est me paternis contueri aspectibus et reuerendis in Christo patribus dominis Alberto nunc archiepiscopo G(nesnensi) et tunc episcopo Crac(oviensi) et primati de Gne(snensi), et Sbigneo de Crac(oviensi) ecclesiis providendo graciose et emulorum meorum, qui mihi in abusu mentis sue vsurpare voluerint, desideria postergando, quod mihi pro gracia a sanctitate vestra reputo speciali et hoc ipsum sanctitati vestre et sacrosancte sedi apostolice, cui sanctitas vestra digne prefecit altissimus, semper volo humiliter et deuote promereri, quam dignetur omnipotens diu et longeue conseruare pro regimine etc.

B) *Cardinali.*

Reuerendissime in Christo pater amice carissime, fauores, quos reuerendis in Christo patribus dominis Alberto (et Sbigneo[2]) sincere nobis dilectis cum tanta frequencia apud sanctissimum dominum nostrum Martinum papam vestra pietas in promocione ipsorum ad ecclesias Gnez(nensem) et Crac(oviensem) exhibuit, ac si propriis nostris profectibus impertirentur tales reputamus et velud pro talibus p(ietati) v(estre) graciarum referimus acciones multiplices, offerentes nos p. v. ad beneplacita possibilia v. p. atque grata. Datum in Solecz XX Septembris XXIIII.

C)

Reuerendissime in Christo pater amice carissime, quod pietas vestra statum nostrum et nostrorum ac honorem semper

[1] Ueber diese beiden Wahlen bei Dlugosz XI. 468 f. vom J. 1422. Die Schwierigkeit in Betreff Zbygniew Oleśnicki's bestand unter Anderem darin, dass er in der Schlacht bei Tannenberg Blut vergossen haben sollte. Die Dispensationsbulle bei (Dzieduszycki) Zbygniew Oleśnicki I. Beil. II.

[2] Deest in codice.

Digitized by Google

pia sollicitudine promouere non deficit, pietati vestre grates referimus speciales, petentes eandem et in desideriis cordis nostri affectantes, quatenus negocia nostra et regni nostri et reuerendorum in Christo patrum dominorum Alberti archiepiscopi Gneznensis et Sbignei episcopi Crac(oviensis) | ecclesiarum 37a
ipsorum, quos nobis singularis zelus fecit caros, facta et agenda in sacro concilio Senen(si) et sanctissimo domino nostro M(artino) papa quinto exercenda velit p. v. cum eorum personis habere paterne recommissa sicque ea promouere, ut ad beneplacita vestra et quevis possibilia animus noster, qui semper p. v. sinceriter afficit, ideo vota vestra desiderio amplectatur. Datum.

D) *Sbigneus refert graciarum acciones cardinali.*

Reverendissime in Christo pater et fautor graciose! Memor ero semper beneficiorum v. p., quibus p. v. in promocione mea ad ecclesiam Crac(oviensem) cum tanta sollicitudine, que mox latere non potuit, multa benignitate amplecti non cessauit. Et proinde ad graciarum p. v. assurgo acciones infinitas, et quidquid facultas paruitatis mee prevalet, illud totum vnam ecum p. v. habere recognosco. Datum ut supra.

E) *Sbigneus refert graciarum acciones.*

Beatissime pater domine benignissime! Nec capere intellectu, nec possum amplecti racione, vnde mihi hoc, qui vermis sum et non habeo, quod v. s. licet immeritum et indignum tot me fauoribus et graciis pietatis dignata est prevenire et ecclesie Crac(oviensi) tam insigniter preficere in episcopum et pastorem. Quid igitur s. v. retribuam, quid agam et quibus rependiis paruitas mea poterit respondere tante bonitati. Si graciarum acciones, quas nunc cum humilitate et deuocione cernua referre vestre clementissime sanctitati pro tam exuberantis gracie donis proposuero, non sufficiant tante bonitati compensare affectum, neque mihi tanta virtus uel potestas adesse poterit manenti in hac vita, ut vices non quales vellem, sed quas possem | saltem 37b
reddere valerem tante bonitati. Quidquid enim oracio, devocio, humilitas, subyeccio, obsequia, seruicia, reuerencia et obsecun-

Digitized by Google

dacio mea prevalent illa et affectum, quem nequit lingwa stupida tanta nouitate exprimere, quamquam semper sub debiti racione s. v. subsunt vnamecum et omnibus meis s. v. dignetur benigniter suscipere et sub alis proteccionis s. v. me, quem ad tantam dignitatis arcem sublimauit, et ecclesiam meam paterna benignitate misericorditer confouere, imperfeccionem autem meam, quam ad reddendas dignas grates coram s. v. recognosco, altissimi dignetur supplere perfeccio, qui omnibus retribuit habundanter. Ceterum v. s. me hortatur, ut ad extirpacionem et subuersionem hereticorum de Bohemia omnibus modis, quibus possem, serenissimum dominum Wladislaum regem Polonie, dominum nostrum graciosum, inuitarem vnacum eius principibus et baronibus talia praestando consilia, ex quibus ad eorum exterminium animus ipsius et suorum feruidius posset prouocari etc. Beatissime pater, semper non cessaui nec cessabo vsque, s. sue in hoc salutifero et caro, omnipotenti deo proposito consiliis meis assistere, et que excidium perpetrare huius prauitatis heretice potuerint, apud s. suam procurare. Licet in hoc conatus omnes et studia exponit oportuna, ut hec perniciosissima et omni vituperio plena societas Hussitarum ab hominum memoria deleretur, verum quibusdam impedimentis legittimis obstantibus nequit, prout desiderii sui fuit, contra predictos hereticos potencias suarum gencium conuocare pro presenti, et cum etiam ut in futuro anno in maiori comitatu suorum exercituum uidelicet serenissimo principi Sigismundo Romanorum Hungarie etc. rege ac
38 a inclito domino Wi(tol)do etc. fratribus suis carissimis accincti potenciis prefatos | hereticos conterere[1] non differrent, hoc quidem serenitati sue quottidie inest menti. Et hoc nuper reuerendissimi in Christo patris domini cardinalis Placen(tini), sedis apostolice legati[2] ipsum prevenit peticio, quam sibi nuncii apud prefatum dominum regem Hungarie etc. huius rei expectantes negocia intimarunt, qualiter posset s. sua per concordiam possibilem hereses et fremitus huius insanientis populi absque profluuiis sangwinis humani industrie sue racione ab alto sibi concesse benignius quietare. Quantam fecerit et facit diligenciam continue prefati domini Sigismundus rex et cardinalis et alii plurimi, quos hoc non latuit negocium, poterint protestari. S. v.

[1] Cod. conterrere.
[2] Cardinal Branda.

Digitized by Google

personam sanam et incolumem conseruare dignetur altissimus per longewm pro regimine ecclesie sue sancte et mea consolacione speciali.

L.

Littera generalis ad omnes ciuitates super prestando subsidio pro coronacionis festo. [1]

Fideles nostri dilecti! Ex quo talis tempore predecessorum nostrorum regum Polonie felicis recordacionis atque nostri consuetudo seruabatur, quod singule ciuitates in regno nostro existentes predictis regibus atque nobis pro solempnitatibus nupciarum uel aliarum festiuitatum notabilium certa subsidia faciebant, nos itaque, qui fauente diuina clemencia ipsis in regno successimus et non consan(guine)us, status reipublice et pacem subdito nobis populo quieti proprie non parcentes procuramus, eorum volentes vestigiis ambulare et antiquas consuetudines imitari, fidelitatem vestram requirimus et hortamur, quatenus pro instanti coronacione inclite et preclare principis domine Zophie, consortis nostre carissime, quam XXVII mensis Januarii [2] in ciuitate nostra Crac(oviensi) decreuimus celebrare, ex quo pro nupciis nulla nobis subsidia prestitistis | iuxta bono- 38b
rum vestrorum facultatem, quorum taxam vestro committimus arbitrio, velitis nobis subsidia que potestis ministrare, quatenus vestris suffulti auxiliis decencius festum coronacionis predicte, ad quod magna regum principum, baronum, procerum et nobilium confluet multitudo, absque nostri erarii lesione notabili expedire valeamus et pro nostro et regine honore hospites congruis honoribus magnifice et, prout decet, regie celsitudini habundanciam necessariorum procurare. Quidquid autem pro subsidio huiusmodi decreuimus assignandum, hoc vsque ad nostrum felicem aduentum in maiorem Poloniam reseruetis. Datum in Medica in vigilia omnium sanctorum.

---

[1] Da die Krönung der Königin Sophia 1424 stattfand, so ist das Schreiben am 31. Oct. 1423 erlassen. Erwartet wurden und erschienen sind K. Sigismund, K. Erich von Dänemark, Herzog Ludwig VII. von Baiern-Ingolstadt und mehrere schlesische Herzöge.

[2] Die Krönung fand aber erst am Sonntag Esto mihi den 5. März statt.

Digitized by Google

LI.

Contra citacionem per Pieskowsky exortam. [1]

Wladislaus etc. Venerabiles deuoti strenui nobiles fideles nostri dilecti! Jaroslaus aule nostre notarius de Romana curia veniens quandam nobis copiam citacionis contra omnes principes, prelatos, barones et nobiles nostros per Petrum Pyess .... citatos per edictum presentauit, que non modicum mentem nostram turbauit. Cum nequaquam sine detrimento honoris nostri et eorundem consiliariorum nostrorum huiusmodi citacionem arbitramur processisse, que absque publica insinuacione et questione vix creditur emanasse. Nam eodem nobis Jaroslao referente in waluis ecclesiarum in pudorem nostrum et predictorum nostrorum fidelium Florencie fuerat extensa, ut omnem multitudinem pretereuntem nullatenus latuisset, propterea volumus, ut postquam presenciam domini pape accedetis, vos saltim seculares, si spiritualibus acerba quaestio videretur, s. sue cum amaritudine exponatis, quod nobis ista citacio satis magna ingessit turbacionem, et cum aliis regibus et principibus Christianis non sit sedes apostolica ita grauis, quomodo sanctitas sua deuocionem meam taliter leuipendit, vt tanto dedecori parcere non
39a dedignetur, ex quo talia nunquam nobis in regno nostro | contingerunt, flagitetur s. sua, quod obediencie sue tempore tantis non feriamur opprobriis. Si enim tanta multitudo de regno nostro et presertim hii, a quibus nostra sumimus consilia, cogantur recedere, vt termino comparerent, quomodo nostra tractaremus et eum quibus negocia aut in defensionem regni nostri, si tunc sibi aliqui insultus occurrerint, eum auxiliis aut consiliis in eorum absencia potiremur; debet itaque s. sua nostra et predictorum nostrorum fidelium tot pericula attendere et talia, que nobis et regno nostro paruerit et incomoda prohibere et deuocio nostra, quam ad sanctitatem suam et sedem apostolicam gerere non cessamus, premiis suis non frustretur. Magnam enim conecepimus ex hoc de sua sanctitate diffidenciam, ex quo tantis nos et nostros displiceneiis permittit fatigare. Et nisi hec in aliam conuerterentur qualitatem, magis cogeremur de s. sua ac sede apostolica desperare. Et alia circa hec poteritis inducere

[1] Die Veranlassung zu diesem Brief, sowie der Mann, den er betrifft, sind anderweitig nicht bekannt. Sollte es etwa Petrus de Pieskowa-Skala sein, der 1422 subcamerarius Cracoviensis, dann Palatin von Sandomir und endlich gar von Krakau wurde??

Digitized by Google

nobis et regno nostro profecticia, propterea ex parte nostre maiestatis prefato P(yess) referatis, quod moti pietate singulari et multorum pro ipso nobis supplicancium instancia acclinati et dispositi fuimus, ipsum restituere ad possessionem omnium bonorum suorum et pristine gracie fauoribus amplecti sic, ut iam de facto possessionem omnium bonorum suorum in festo Pentecoste proxime preterito restitui feceramus amicis suis pro ipso intercedentibus et promittentibus, quod prelatos et barones nostros non debuit fatigare. Sed ex quo indignum se fecit et regie benignitatis affectum contempsit, ammodo fauores nostros et graciam non requirat. Et si quid fuerit per nos contra eum attemptatum, quod amodo nobis propter hoc non debeat imputari. Ceterum negocia nostra, que vobis commisimus, et facta wenerabilis Johannis de Luben decretorum doctoris cordi plene imprimatis et taliter tractetis, ut a nobis valeatis iugiter pro eisdem commendari et debitis preconiis honorari. Datum in Pysdr anno XX°.

LII.

| Sigismundus etc. Serenissime princeps! Religiosus et 39b
strenuus miles Franc(iscus) ordinis sancti Jacobi de Spata proxime veniens de sepulcro domini, armorum exercicio deditus, nacione Hispanus, qui propter sedicionem in eodem regno subortam aduersus magistrum ordinis sui et eius potenciam non valet comode in eodem regno deducere dies suos. Volens igitur ire locum dare ad peregrina loca se conuertit pro tempore incolenda. Et cum idem miles tam fama quam nomine sit opinionis electe et laudabiliter conuersatus, ideo venientem ad vestram fraternitatem vobis ipsum maiori quo valemus affectu studiosius commendamus in desideriis obtinentes, quatenus ipsum aliorum familiarium vestrorum velitis nummero sociare, vt suo completo desiderio se eo liberius valeat sustentare ostendendo sibi graciosum affectum, ut nostris precibus consolatus nobis referre graciarum possit debitas acciones. Datum Bude XXIIII°.

LIII. [1]

Wladislaus etc. Significamus etc. Quomodo attendentes et pia meditacione pensantes sterilitatem agrorum villarum maioris et

[1] Muss vor 1422 ertheilt sein, da Bischof Albert nur von 1412—1422 Bischof von Krakau war. Nach einer Urk. im geh. Staatsarchiv zu Berlin

Digitized by Google

minoris Campyele in terra Crac(oviensi) et districtu Z(atoriensi?) sitarum, propter quam et decimas manipulares predicte ville in maiori ipsarum parte longo tractu temporis deserte manserunt et inculte. Volentes igitur prouentibus nostris et mense pontificalis ecclesie Crac., ad quam decime huiusmodi spectare dinoscuntur, iugi vigilancia salubrius prouidere predictarumque villarum condicionem facere meliorem, cum reuerendissimo in Christo patre domino Alberto episcopo Crac. sincere dilecto pro decima manipulari dictarum villarum ordinacionem fecimus infrascriptam videlicet, quod quilibet agricola seu kmetho predictarum villarum de quolibet laneo siue manso per ipsum culto et pos-
40a sesso | prefato reuerendo patri et sibi succedentibus presulibus racione decime manipularis vnum fertonem latorum grossorum Pragensium singulis annis in festo sancti Martini soluere sit astrictus. Harum quibus . . reuerendo Czolek.

LIV.

Ad dominum regem Francie Karolum ex parte serenissimi domini regis Polonie. [1]

Serenissime princeps, frater carissime! Ad nostri nuper veniente presenciam strenuo Guilberto de Lanuan milite v. f.

verschreibt der König einem Hincza de Kamien 200 Mark auf Kapiel. — In der Registratur des Krakauer Capitel-Archivs findet sich diese Urk. nicht verzeichnet.

[1] Dieser Brief ist die Antwort an Carl VI. von Frankreich auf einen Brief, den Gilbert de Lannoy wohl noch ausser dem obigen (No. XLVI) von Heinrich V. von England mitgebracht hat. Ich habe oben die Stelle aus Długosz ausgezogen, in der die Geschenke angeführt werden, die Gilbert mitgebracht hat. Sie stimmen ungefähr mit den hier in dem Dankbrief aufgezählten. — Das Datum IX (1411), das unser Codex gibt, ist falsch. Zwar war Gilbert de Lannoy schon früher beim König von Polen, nämlich 1411, aber wie sein Tagebuch erweist, war er damals bei ihm in Kalisch gewesen und der Brief an Carl VI., den ihm der Polenkönig damals gab, war weniger freundlich als der vorliegende, denn er beschwerte sich darin, dass Carl allein von allen Christenkönigen ihm noch nicht zu seiner Taufe gratulirt hätte. Ueber seine zweite Anwesenheit am polnischen Hofe schreibt Gilbert de Lannoy: De Prusse m'en allay de vers le roy de Poulane par la ville de Sadowen en Russie, lequel je trouvay parfont es desers de Poulane en ung povre lieu nommé Oysemmy; vers lequel je fis mon ambaxade de la pais des deux roys dessus nom-

Digitized by Google

fideli, qui in terris Russie in loco venacionum nos accessit, singula, que vestrarum litterarum tenor explicuit, et ea, que prefatus G(uilbertus) viue vocis expressit oraculo, affeccione diligenti accepimus, ex quibus signanter collegimus, quod perfecte dileccionis zelum erga nos clara semper exhibicione pretenditis et precordi alacritate portatis, prout multorum fida relaccione certi sumus, qua de re precipuas fraternitati vestre graciarum referimus acciones. In eo autem, quod post tanta gwerrarum disturbia, quibus Francie et Anglie regna a longinquis fuere turbata temporibus, florida pacis arrisit amenitas, sicut significacione predicti militis vestri cum omni maturitate nobis facta percepimus, exhilarati sumus specialiter et immensarum consolacionum gaudia suscepimus eo, quod humani sangwinis detersis profluuiis regnorum predictorum status laudabilia suscipiet incrementa, et gladius, qui heu in Christianos cruentatus seuire consueuerat, in viscera inimicorum crucis Christi conuertetur. Sed inter gratitudines alias, que cordi nostro accedere potuerint, habuimus precipuam, quia diuina largiente clemencia personam v. f., quam prosperitatis nostre auidam fore confidimus, votiua sospitate et felicibus potiri successibus cognouimus; vt autem v. f. de morum grata | disposicione successuum, quos diuina nobis 40b
largitur clemencia, causam iocunditatis assumat reciprocam v. f., significare studuimus, quod votiua dante domino sanitate gaudemus et omnia nobis succedunt ad votum; pretactum eciam v. f. militem, qui zelo deuotionis ductus et pro sui incremento honoris sacrum saluatoris nostri sepulcrum ac alias diuersas mundi partes decreuit visitare, v. f. intuitu suisque exigentibus meritis prohibitu gratanter suscepimus sibique per regnum, terras et

---

mez, et luy presentay les joyaix du roy d'Angleterre: lequel me fist très grant honneur et envoya au devant de moy bien trente lieues pour moy faire venir a ses depens, et me fist faire ou dit desert ung tres beau logis, tous de vertes foeulles et ramsseaux pour tenir mon estat empres luy; et me mena a ses chasses pour prendre ours sauvaiges en vie et me donna deux tres frisques disners: l'un par especial, ou il y avait, plus de soixante paires de metz, et me assist a sa table, et me envoyoit toujours vivres. Et me bailla lettres, que je demandoie de luy, adreschans a l'empereur de Turquie, avec lequel il estoit alyez contre le roy de Hongrie, pour moi faire avoir mes saufconduits parmi la Turquie: mais il me dist que le dit empereur estoit mort, par quoy toute la Turquie estoit enguerre, et n'y pourroye passer par terre. Sy fus six jours devers lui.

Digitized by Google

dominia nostra saluum et securum conductum prebuimus ac per alios principatus et terras scismaticorum et infidelium nobis vicinas conductum saluum, ad quantumcunque se nostra extendit facultas, curabimus expedire. Munera quoque et eucenia nobis per vestram fraternitatem missa, galera videlicet pancerium pannum attlanticum auro[1] textum pannum, Scualeti operis Anglicani, quattuor arcus cum sagittis, cornua venatorum, duas symeas gratanter sincero recepimus ex affectu. Non tantum ex ipsorum magnitudine et valore, quantum ex sincerissimo vestre dileccionis zelo et affectu, quibus erga nos et statum regni nostri vestram iugiter feruere cognoscimus caritatem, petentes fraternitatem vestram et in desideriis cordis nostri affectantes, quatenus quecunque in terris nostris v. f. sunt placita nos velitis pro ipsis audacter requirere scientes et pro firmo tenentes, quod in omnibus, in quibus possemus f. v. sine omni difficultate ardentissime volumus complacere. Datum in Dabristann anno etc. XI°. (?)

LV.

Regraciatur Jo. Schaffr(aniec) duci Bauarie Henrico pro donis sibi datis.[2]

Illustris princeps, domine graciose! pro donis et eucenüs
41a mihi per sublimitatem vestram | missis maiores quas possum

[1] auxo im Cod.

[2] Gemeint ist Herzog Heinrich IV. der Reiche von Baiern-Landshut, geb. 1386, gest. 1450, der hier mit Johann Szafraniec, dem Dechanten von Krakau und Vicekanzler von Polen, in so überaus freundlichem Verkehre steht. Dieser Brief wirft übrigens ein eigenes Licht auf das Benehmen des Herzogs. Auf dem Reichstage zu Nürnberg 1422 war nämlich ein lebhaftes Interesse für den deutschen Orden laut geworden. Während aber der Orden unter den grässlichen Verheerungen des sog. golub'schen Krieges litt, hatte man nichts weiter gethan, als einen Abmahnebrief an den Polenkönig geschrieben (vom 26. Juli 1422 bei Raczyński Cod. dipl. Lith. p. 292. Vgl. Joh. Andreae Ratisponensis cronica bei Höfler, Geschichtschreiber der husitischen Bewegung II. p. 414). Nach Schluss des Reichstags, als man noch nicht genau wusste, ob der Frieden geschlossen sei (er war es allerdings am Melno-See am 27. Septbr. — wir lassen die citirte Chronik reden p. 431) statim post congregationem principum habitam Nurnbergae, ... Ludovicus comes palatinus Reni et dux Bavariae et Ericus dux Brunsvicensis vulgariter von Prunschwick in partibus in-

Digitized by Google

s: v: refero graciarum acciones et reuera non pro donis tantum, que licet ex ipsorum nobilitate et valore non modica digna sunt existimacione et mihi satis cessere ad placitum, sed pro affectu v: s:, quem ad me et seruicia mea licet nondum s: v: cognita vestra gerit sublimitas tanto quidem fortius et intensius, quanto illum ex sincerissimis v: s: precordiis intelligo emanasse; loricam enim mihi ex parte s: v: gloriose exhibitam satis nobilem et durissimam, prout experigencia comperi, eo gratius me s: v: nouerit accepisse, ex quo iam in presencia mei nullius ictus sagitte penetrare potuerunt, pro quibus s: v: ad omnia beneplacita et ad seruicia, quantumcunque possibilitas mea preualet, presto sum et paratus. Et quecunque s: v: agenda apud sere-

---

ferioris Saxoniae in Prusciam cum exercitu in subsidium cruciferorum contra regem Pol. et ducem Witoldum atque gentiles proficiscuntur. Heinricus autem dux Bavariae eadem de caussa intendens proficisci, iter aggredi nolnit, nisi certus esset de futuro bello. Qui auditis diversis rumoribus jam pacem jam bellum futurum fomantibus, certificatus tandem de futuro bello iter in die s. Clementis (23. Nov.) versus Prusciam aggreditur, in qua dum venisset, facta erat pax ad tempus congruum placitationi, quae tamen per postea gratia dei in proxima Quadragesima est solidata. Ludovicus igitur comes palatinus Reni cum quibusdam in conversione S. Pauli, quando numeratur 1423, revertitur et in Reychenbach pernoctatur; quidam vero de exercitu ducis Heinrici fer: II post esto mihi Ratisponiam veniunt, et ipse Heinricus huc usque scil. proximum sequens festum pentecostes cum Rege Sigismundo perseverat. (Vgl. Conrad Bitschin Forts. des Dusburg in Scriptt. rer. Pruss. III. 491 und Eberhard Windeck cap: 176 der Gothaischen Handschrift, cap: 109 bei Menken, und das Schreiben des Erzbischofs von Cöln d. d. crastino b. Andreae 1422 aus dem Königsberger Archiv bei Voigt G. P. VII. 452 Anm. 2. Diese Quellen ergänzen sich gegenseitig.) Da nun der Präliminar-Friede schon geschlossen war, ging der Pfalzgraf Ludwig zum K. Sigismund nach Pressburg, um die grosse im Januar 1423 projectirte Coalition von Ungarn, Schlesien, Lausitz, Preussen gegen Polen zu betreiben, während Herzog Heinrich ganz thatenlos in Preussen blieb. Aus der Coalition wurde bekanntlich Nichts, und K. Sigismund ging vielmehr mit dem Pfalzgrafen Ludwig nach Kesmark zur Conferenz mit dem Polenkönige. Dorthin wird wohl auch Herzog Heinrich gekommen sein, und dort mag sich auch die Freundschaft desselben mit dem polnischen Vicekanzler geknüpft haben, die um so inniger wurde, als Heinrich es jetzt für gut hielt, dem Orden die rauhe Seite herauszukehren. Trotzdem er Nichts gethan, reichte er dem D. O. eine Soldforderung von 6761 mgr. Gulden ein, und als der Hochmeister einstweilen nur eine Abschlagssumme von 1400 Gulden zahlen konnte, zog der Herzog das in Baiern belegene Ordenshaus Genghofen ein, ohne damit den Process gegen den Orden aufzugeben. (Vgl. Voigt G. P. VII. 461.)

Digitized by Google

nissimum principem et dominum Wladislaum dominum meum graciosum mea intercessione promoueri poterint, toto affectu et desiderio meis promouebuntur. Mitto igitur s. v. equum in omnibus corporis sui partibus album cum rubeo capite, qui propter solius differenciam capitis in pilis satis fuit in terris Valachie reputatus et acceptus et mihi propter raritatem talem pro dono speciali destinatus. S. igitur v. non equi valorem sed mittentis affectum benigne suscipiat. Et si que sunt in partibus regni Polonie s. v. placita, ad que mea se posset extendere facultas, pro illis s. v. me poterit requirere. In quibus enim s. v. possem complacere pro posse meo vltimo libentissime complacerem. Datum XXIII.

LVI.

Litera regis Romanorum missa episcopo Tarbaten(si) arestata cum nuncio in metis Polonie. [1]

41 b Venerabilis princeps deuote noster dilecte. Non putamus | tue deuocioni fore incognitum seu aliqualiter a tua noticia fore peregrinum, quantis insidiis et iaculis per dogmatisaciones scripturarum falsas et erroneas hereticorum in Bohemia pululantium impugnetur fides nostra, qualiter eciam modis industriis sub ficta et ypocrita specie non minus per tyrannidem et crudelitatem immanem, per ignem et gladium molliuntur extingwere

[1] Dlugosz II. P. XI. 453. Quidam enim rusticanus et vilis homo, mendicum se habitu et gestu, quo facilius intuentes falleret, praeferens, Sigismundi Romanorum regis litteras Cruciferis titulatas, vilitati vestium suarum insuens et iter in Prussiam per Poloniam agens, apud oppidum Poloniae Conin moriturus, vestes suas petebat in Thorun ad commendatorem deferri. Quam rem nemine quid lateret perpendente, Gnero, Coninensis teloneator, dum Sbigneo de Oleschnicza secretario regio retulisset, mittuntur celerrime, qui vestes defuncti mendici, iam in alios mendicos distributas, conquisitas afferunt. Quibus diligenti quaesitu perscrutatis, literae Sig. Rom. regis illis insutae reperiuntur. — Darunter wird sich auch unser Brief an den Bischof von Dorpat befunden haben. Wenn aber Dlugosz den Inhalt der Briefe so bezeichnet: omnes fere gentes Poloniae et omne robur militiae Polonicae in Bohemiam cum duce Sigismundo Coributh discessisse, regnumque Poloniae vacuum gentibus militaribus fore, die Ritter sollten daher angreifen, so beweist unser Brief, dass Dlugosz mit einem kleinen Kunstgriff den Sinn der Schreiben Sigismunds verändert hat.

Digitized by Google

fidem ortodoxam, et non minus satagunt subuertere quemcunque possunt sectam suam per pseudo fratres delatando. Nunc autem non contenti, quod Bohemiam penitus inficere, ad extraneas nationes satallites suos ad decipiendas animas destinarunt. Quendam Sigismundum ducem Lythwanie, sub cuius vmbra sectam suam tegere aspirant, pro capiendo dominio regni Bohemie et pro tuicione eorum inuitarunt, qui eosdem hereticos in sua malicia, quam fraternitatem nominant, confortando eorumque errores laudando et auctorisando, qui assumpta secum quam magna Polonorum copia iunctisque sibi Tartaris, quos dux Witoldus in succursum predictorum hereticorum destinat, versus Bohemiam sui immemor honoris et prodigus procedit volens venenum illud mortiferum letifere hanstum magis ac magis diffundere et virus illud enorme, quod concepit. Et quia ex maiorum suorum fomite hoc procedere sentimus, Nos enim habentes respectum ad altissimum, in cuius manu sunt omnia, cuius imperio eciam diriguntur, tenentes et portantes eciam purum zelum pro defensa religionis Christiane, quam naturali gladio prout tenemur defendere volumus et tueri, Venerabiles Paulum magistrum generalem ordinis domus theutonicorum et magistrum Livonie, necnon magistrum per Almanniam sui ordinis, Christi pugiles et crucis Christi propugnatores contra hereticos predictos | ipsorumque fautores et promotores in succurssum inui- 42a
tauimus. Ac vero tu et vasalli tui ex debito quodam, quo ecclesiastica libertate gaudetis, cuius res agitur, non minus quam nos et alii catholici et potissime spirituales ad conculcandam pestem hereticam et eius fautores obligaris. Ideo tuam deuocionem attente requirimus et hortamur eidem auctoritate nostra Romana regia seriosissime mandantes, quatenus omnes et singulos vasallos et subditos tuos requiras eisdem strictissime mandando, quod omnes vnatecum se ad arma parent et cum venerabili magistro Liuonie et suis de Liuonia contra omnes ordinis inimicos et hereticorum fautores omni potencia insurgant hostiliter et procedant ipsorum terras et dominia inuadendo. Quod si facere neglexeritis, quod tamen non credimus, extunc non amicos fidei sed zelatores heresis et fautores hereticorum fore vos conferemus. Sperantes indubie, quod in hoc negocio viribus, expensis et periculis ad refrenandam hostium Christi maliciam non parcetis, pro quo apud deum meritum obtinebitis immarcescibilem, laudes apud homines, et nobis grata exhibebitis

Digitized by Google

seruicia vobis dignis premiis et retribucionibus suo tempore compensandis. Datum in Theben prima die Maii anno domini XXII.°

LVII.

Littera pro episcopo Tarbacen(si) ex parte domini Wi(tol)di.[1]

Serenissimo principi et domino, domino Sigismundo etc: Allexander etc: Salutem in salutaribus felicibusque semper prosperari. Serenissime princeps! etc: Alias estate videlicet proxime transacta recolimus nos vestre s: scripsisse supplicando pro reuerendis in Christo patribus dominis archiepiscopo Rigen(si), iam velle diuino demerito sublato, et Theo(dorico) Tar-
42b baten(si) episcopo | nobis sincere dilecto iuxta relacionem et informacionem Jeo(rgii), familiaris prefati domini Rigen(sis) episcopi, nobis tunc factas, quatenus e v: s: eundem Jeo(rgiu)m cum suo socio sibi tunc pro familiare adiuncto in commissis et agendis suis graciose exaudisse dignata fuisset votis predictorum dominorum archiepiscopi et episcopi benignius annuando. Cercioribus vero ad presens honorabilium presentium ostensorum predicti domini Tarbacen(sis) oratorum documentis auisati fide dignis et claro didicimus testimonio litterarum, prenominatum Jeor(giu)m in suis relacionibus pro parte scilicet domini episcopi Tarbacen(sis) non mediocriter aberrasse et secus quam debuit perorasse petendo pro ipso de regalibus investituris uel saltem pro eorundem suscepcione regalium feodique recognicione terminum prorogari, quod idem J. a prefato domino episcopo Tarbacen(si) nunquam habuit in mandatis, sed dumptaxat ut priuilegiorum super regalibus et feodis ecclesie Tarb(acensis) olim concessorum a diue recordacionis predecessoribus vestris Romanis imperatoribus etc: quorum copias sub transsumpto autentico perspeximus, a s: v: petere debuisset confirmacionem. Racione cuius erroris per prefatum nuncium commissi s: v:

[1] Bei dem Auszug aus diesem Schreiben, den der Index corporis diplom. Livoniae etc: ed. Napiersky I p. 253 No. 1160 gibt, wird dieser Brief mit dem vorigen in einen Zusammenhang gebracht, den sie durchaus nicht haben. Was übrigens Hennig von dem vorigen Briefe bemerkt, dass man, um ihn in seinen Beziehungen ganz klar zu machen, eine Abhandlung schreiben müsste, gilt bei Weitem mehr von dem vorliegenden.

Digitized by Google

sepedictum episcopum Tarbacen(sem) propria in persona citavit ad petenda regalia recognoscendaque feoda coram vestra regia maiestate. Quare petimus eandem et ex precordiis desideramus affectantes, quatenus amore et contemplacione nostri prefatum dominum episcopum, amicum nostrum specialem et sincerum etate vltra octuagenaria grandeuum, decrepitum et continue ymo perpetue langwentem curisque ecclesiarum Rigen(sis) et Ozilien(sis) suis pro nunc pastoribus orbatarum ex mandato apostolico officia vicesgerentem et tuicionis invigilantem, quodque perpensius est, insultus crudeliter hostiles et aduersos gentis Pleskouitarum scismate a foribus et laribus propriis ecclesiaque et subditis | suis actu remordentem et propter longa dispen- 43a
diosa et periculosa viarum discrimina ab huiusmodi transitu personali ad vestram regiam celsitudinem dignemini habere supportatum clemencius et excusatum sibi, si quam cum eo ipso indignacionem conceperitis, misericorditer remittentes. Ceterum princeps serenissime, rogamus s: v: studiosissime ex affectu, quatenus prenominata[1] priuilegia diuorum predecessorum vestrorum Romanorum imperatorum etc: ecclesie predicte Tarb(atensi) concessa amore nostri graciose confirmare oratoresque prefatos dicti domini episcopi benignius audire et pertractare eoque celerius propter negociorum qualitatem et iterum itinerum grauedinem dignemini benigne consolatos graciosius expedire. Personam celsitudinis vestre per longinqua tempora diguetur altissimus sospitem feliciter conseruare. Datum in Warann[2] anno XXIIII.

LVIII.

Littera regis H(ungarie) ad dominum Wi(tol)d(um).

Sigismundus etc: Illustri principi etc: Allexandro awnculo nostro carissimo salutem et mutui ac sinceri amoris votiuum incrementum. Illustris princeps, awncule carissime! Alias per nobilem Zauissium[3] etc: dileccioni vestre scripsimus et nuncia-

[1] Cod: prenominatum preuilegia.

[2] Worany, ein Jagdschloss in Litthauen, wo der Grossfürst mit dem Könige fast jeden Winter zusammenzukommen pflegte.

[3] Zawisza Czarny von Garbow, einer der edelsten Ritter am polnischen Hofe, zugleich ein rühriger Diplomat. Vgl. Palacky, Gesch. Böhm. III. 2.

Digitized by Google

uimus de occurrentibus et huiusmodi nos mutuo contingentibus, in quibus veluti fratres intimi vnanimi voluntate concordes auspice domino quiescimus deo laudes; cui tum et personis serenissimi principis domini Wladislai regis Polonie etc: fratris nostri carissimi et vestre dilectionis occurrerunt nuncii ad terminum versus Wiennam cum electoribus et aliis principibus, comitibus et comitatibus celebrandis vestro nomine profecturi, qui intelligentes, quod terminus dissolutus erat, ad propria redierunt. Sed quia eisdem principibus electoribus etc: ad eun-
43b dem locum Wienne super festo Katherine | alterum terminum conueniendi decreuimus statuendum, expedit et rogamus, quod eadem vestra dilectio ad eundem terminum vestros transmittat oratores, qui negocia fidei sancte matris ecclesie et alia agibilia audiant et nobis vnanimi voto concurrentibus assistere valeant vestro nomine consiliis oportunis,[1] et quidquid conclusum fuerit etiam valeant affirmare et ad vestram deducere noticiam vicenersa. Insuper prout commissimus prefato Zauissio cum dilectione vestra super conuencione mutua conferendum, noscat vestra dilectio, quod eandem pro hac uice propter terminum cum electoribus et aliis principibus Alemanie in Wiennam super festo sancte Katherine ut premittitur conuenire non possumus. Sed eodem termino dissoluto modum tenebimus, vt auspice domino nos feliciter videamus et hoc ipsum dilectioni vestre nunccabimus tempore oportuno. Ceterum dicto Zauissio a nobis ad vos ut premittitur abeunte, venit ad nos honorabilis magister Johannes Stokes,[2] legum doctor nobis sincere dilectus, qui nomine

p. 276, Dlugosz XI, 504, und unten No. CXXI. Chron. vet. coll. Prag. bei Höfler Gesch. der Husitischen Bew. I, 85. u. A.

[1] Im Invent. arch. Cracov. p. 10 findet sich eine Urk. verzeichnet, nach welcher Zbygniew Oleśnicki, und der eben erwähnte Zawisza Czarny als oratores cum plenaria potestate omnia negotia regis Polonie praesertim cum Friderico marchione Brandenburgensi tractandi abgeordnet werden.

[2] Ich vermuthe, dass dieser Johannes Stokes der ‚Johannes Stoici de Ragusio' ist, der Verfasser der Schrift ‚ausführliche und interessante Nachrichten über die Verhandlungen des Concils zu Siena' enthaltend, die Palacky (cf. Gesch. Böhm. III. 2. p. 346 Anm. 315) in der Originalhandschrift in der Bibliothek zu Basel (A. 1. 32) auffand. Er wird übrigens schon 1420 in dem Schiedsspruch K. Sigismunds als in Breslau anwesend unter den Zeugen aufgeführt: J. St. legum doctor serenissimi principis domini Henrici Francie Anglieque regis ambasiator (Dogiel Cod. dipl. Pol. IV p. 108. Dzialyński, Lites etc: I. 2. p. 62).

Digitized by Google

serenissimi principis domini Henrici regis Francie et Anglie etc: fratris nostri carissimi,[1] qui nobis mentem suam apperuit et petiuit, vt concilium modo ad septennium versus Basileam indictum non sine preiudicio sancte matris ecclesie et totius Christianitatis inductione nostra cum aliis regibus et principibus faceremus nostra sollicitudine et intercessione apud sedem apostolicam breuiari. Et ut eiusdem legacionis sentencia eidem dileccioni vestre summatim eluceat, scribimus regibus et principibus ad peticionem eiusdem nunccii inxta sensus continentiam infrascripti: Dudum in Constantiensi concilio sancta matre ecclesia reunita sperabamus et subsequi reformacionem ecclesie multipliciter oportunam, que tamen dilata vsque ad quinquennium in concilio Papie et postea in Senis translato celebrando non poterat obtineri, vbi certis prelatis conuenientibus ipsa reformacio | dissoluto concilio transiit sine fructu. Et iterum sep- 44a
tennium indictum est pro concilio in Basilea celebrando, super quo tanto amplius miramur et turbati sumus, quanto sic tam sanctum et pium opus ad tantam moram non sine dispendio sancte matris ecclesie et totius Christianitatis conspicimus procelari, quibus nobis sic crebro in mente versantibus supervenit ad nos idem honorabilis magister Jo(hannes), legum doctor nobis sincere dilectus, pro parte et nomine serenissimi principis domini Henrici regis Francie et Anglie ac Ybernie domini fratris nostri carissimi de auisamento sui magni consilii et parlamenti ad nos missus requirens nos dicti serenissimi fratris nostri nomine nedum oportuna verum importuna instancia, quatenus ad ipsum per nos facere et apud alios reges et principes instare vellemus, ut huiusmodi dilacio concilii posset modo congruo breuiari, cuius legacionis effectus nobis multum placuit et in nostra mente resedit. Ideirco nos dicti fratris nostri sollicitis adhortacionibus requisiti in hoc fiximus firmum propositum, vt cum aliis regibus et principibus ad dominum nostrum apostolicum nostros nuncios transmittamus ab eodem domino nostro apostolico instancius postulantes, quatenus generale concilium a die insinuacionis sibi per nos et alios reges et principes Christianos faciendo abreuiare velit ad finem anni dumtaxat a die

[1] S. oben No. XLVII, und die demnächst folgende No. LIX. Uebrigens gingen die Polen auf die Zumuthung, den Antrag zu unterstützen, nicht ein und wurden dafür vom Papste sehr gelobt. S. unten No. LXXXVIII.

Digitized by Google

currentis requisicionis nostre, vestre et aliorum principum computandi et ad illud vnacum collegio suorum cardinalium in personis propriis descendere et dignetur eidem reformacioni intendere cum effectu. Quapropter dilecciones vestram studiosius requirimus et hortamur, quatenus ad hoc optinendum eciam vestros nuncios videlicet vnum abbatem seu decanum alicuius ecclesie et vnum militem iuxta decenciam status vestri ad dictum dominum apostolicum pro huiusmodi negociis velitis transmittere confirmandis. Qui in mense Aprilis proximo cum nostris et aliis nunciis regum et principum, vbi tunc idem dominus noster apostolicus sint pariter constituti vnacum voto et lega-
44b cione abreuiacione huiusmodi concilii | constantius expetentes, vt sic ipsa ecclesia dei malis et angustiis purgetur, eruatur, reddaturque deo magis placabilis et accepta. Gratam in eo nobis complacentiam ostendentes per hoc enim vnus cum ceteris mundi principibus preter humane laudis preconium merebimini retribucionis eterne premium perpetuum. Datum Tace feria IIII.ª ante festum sancti Michaelis anno etc: XXIIII.°

LIX.

Alia ad dominum Wi(toldum) a domino Romanorum rege.[1]

Illustrissimo principi domino Allexandro etc: Sigismundus dei gracia Romanorum etc: Salutem et post presencia eternorum gaudiorum pariter perfrui claritate. Serenissimi domini Wladislai dei gracia regis Polonie etc: fratris nostrum vtriusque filii nobis nunciata natiuitas eo nostram maioribus consolacionibus letificauit animam, quo fraterne caritatis ydemptitas nostrum vtriusque corda indissolubili federe sociauit, et fraternitatis eiusmodi effectuosissime peticioni, ut ad eiusdem filii sui de fonte baptismatis leuacionem[2] ad ipsum dominum regem Polonie nobis placeat condescentes, conabimur omni modo, si poterimus, personaliter accedere illac; quod si personaliter ire non poterimus, mittemus tamen illac ad suam fraternitatem absque dubio tales

[1] Das Datum dieses Briefes geben die Worte: hodierna hodie festi sancte Katharinae also den 25. November 1424.

[2] Der polnische Kronprinz Wladyslaw wurde geboren den 31. October 1424; die Taufe fand statt den 18. Februar 1425, bei Dlugosz unrichtig den 17., denn Sonntag Esto mihi fiel auf den 18.

ex nostris baronibus, qui nostri in persona et pro decencia nostri honoris exequentur effectum s: voluntatis fraternitatis ipsius et nichilominus negocia tempore intermedio occurrentia et nobis et eciam ipsi fratri nostro ostendent, si nosmet personaliter illac ire poterimus. Preterea fraternitas vestra decerto innotescat, quod iam in Wiennam nos transferemus, ymo et hodierna hodie festi sancte Katharine ibidem constitui nullatenus neglexissemus, nisi cum ambasiatore Cunrath[1] Turcorum imperatore, cum quo jam pacem fecimus, fuissemus aliquantulum occupati. Si igitur est intencionis v: f: aliquos ex vestris in dictam convencionem mittendi, tunc eadem fraternitas eos mittere non tardet. Ceterum vt v: f: sit certissime edocta, qualiter et quibus modis | habeat marchionatum Brand(enburgensem) Fred- 45a
(ricus) burgrauius Nurnbergensis,[2] in quibusdam copiis per nos ipsi domino regi Polonie destinatis per eundem que f: v: dirigendis videbitis luculenter contineri, secundum quod v: f: se regere sciat, et illud petimus per vos secretum teneri. Preterea memoramur eciam nuper v: f: direxisse super eo scripta nostra, qualiter serenissimus frater noster rex Anglie[3] ambasiatam suam ad nos et ceteros principes katholicos in eo destinauit, vt nos et alii principes katholici concordi ad hoc voluntate solempnem ad dominum nostrum summum pontificem mitteremus et mitterent ambaxiatam, qui requirerent per eandem terminum proxime futuri concilii pro facienda reformacione indictum abreuiare ad vnum annum. Quapropter placeat et v: f: illac in curiam Romanam tempestiue suam ambaxiatam destinare ita tamen, quod eandem ambaxiatam vestram in ipsam curiam Romanam destinandam prius in Viennam ad nos destinetis, vt idem habita inibi a nobis et ceteris principibus, qui illuc convenient, informacione sit concors in procuracione termini celebracionis

[1] So im Codex, wofür natürlich Muradi zu lesen ist. Ueber diese Gesandtschaft, welche 1424 zu K. Sigismund gekommen, um ihn (etwas spät) zur Wahl als deutscher Kaiser zu beglückwünschen und den fünfjährigen Waffenstillstand um zwei Jahre zu prolongiren, spricht Eberhard Windeck cap. 119. 122 und 126 bei Menken (vgl. Zinkeisen Gesch. d. Osmanen I p. 539, Aschbach, K. Sigmund II p. 196).

[2] Die Feindschaft Sigismunds gegen den H enzollern hatte damals den Höhepunkt erreicht. Vgl. Lang, Ludwig der Bärtige p. 120, Aschbach, K. Sigmund III, 233, Caro, Gesch. Polens III, 587.

[3] Vgl. Nr. XLVII. und Nr. LVIII.

Digitized by Google

concilii huiusmodi cum ambasiatoribus tam nostris quam aliorum ibi ad hoc faciendum destinandis. Fraternitatem vestram altissimus conseruet feliciter tempora per longewa. Datum Bude . . . .

LX.[1]

Beatissime pater, domine benigne! Quamvis post translacionem vestram in Christo patris domini Mathie episcopi alias Mednicen(sis) in Samaicia nouelle plantacionis ad ecclesiam Wilnen(sem), de qua sibi facta est dudum promissio honorabilis N(icolaus) prepositus collegiate ecclesie Trocen(sis), etatis mature, moribus compositus, de legittimo matrimonio natus, vita et sciencia comendabilis sacerdos, actu celebrans sciensque gentis Samaitice ydioma ad eandem ecclesiam Medicen(sem) sit nominatus et vocatus. Et pro eo, ut sibi de eodem prouisum fuisset ad sedem apostolicam per serenissimum et dominum domi-
45b num Wladislaum | regem Polonie etc: fratrem meum carissimum et me scriptum fuit et petitum; attamen vsque in diem hodiernum idem N. ad eandem Med(nicensem) ecclesiam effectum promocionis non extat consecutus, sic quod eadem ecclesia pastore vidnata in detrimentum sancte fidei in illa gente neophitica nouiter inchoata. Arbitror autem, pater beatissime, hanc promocionem exinde dilatam fuisse et differri aut, quia de modo promouendi domini Mathie predicti ab ipsa ad Wilnen(sem) translati in curia Romana est incognitum, vel quia de taxa eiusdem ecclesie tamquam noua in camera apostolica nondum constare videtur aut forsitan, quia ecclesia eadem adeo in hac nouitate in suis fructibus et prouentibus defectuosa existens litteras prouisionis de cancellaria redimere non sufficit neque potest ad instar aliarum ecclesiarum dudum erectarum. Pater beatissime, dignetur nosse s: v:, quod postquam diuino flamine gens illa Samaitica a tenebris infidelitatis conuersa et per venerabiles patres Johannem archiepiscopum Leopoliensem adhuc viventem et Petrum bone memorie episcopum Wil(nensem), tunc per sacrum concilium Constan(tiense) specialiter in huiusmodi ne-

[1] Bei Napiersky, Index corp. hist. dipl. Liv: etc: I p. 220 Nr. 975 unrichtig ausgezogen, aber mit gutem Grunde in das Jahr 1421 gesetzt. Vgl. übrigens oben Nr. XXXII.

Digitized by Google

gocio conuersionis legatos et deputatos, fidem suscepisset baptisataque fuisset, prefati archiepiscopus et episcopus auctoritate sibi a predicto concilio tradita eandem ecclesiam ab exordio fundauerunt et erexerunt, ad quam iam dictum dominum Mathiam modernum Wilnen(sem) episcopum instituerant et confirmauerant et nulla taxa fructuum et prouentuum per eos predicte Med(nicensi) ecclesie fuit sicut necesse est imposita, propter gentis illius, que in ritu suo priori cerebroso resoluto transierat collo, disuetudinem, ne forte per huiusmodi emunctiones et soluciones a fide suscepta distrahi viderentur iugumque et onus Christi Ihesu ipsis in suauitate et lenitate deferendum non veniret. Verum nec ecclesia predicta de suis fructibus aliqua onera | valet portare pro presenti, que quamvis terre amplitu- 16a
dine non tamen exculte est dotata, propter quod predictus episcopus et clerus ipsius victus et amictus necessaria me oportet de propriis ministrare, processu autem temporis et crescente fide genteque illa magis domata, ut speratur ab altissimo, non ambigitur predictam ecclesiam in spiritualibus et temporalibus in futurum vberius posse prosperari. Quare eidem s: v: supplico attencius et deuote, quatenus compacientes nouitati in fide gentis eiusdem et in proventibus tenuitati[1] ecclesie sepedicte propter sui nouam plantacionem et erreccionem et alia premissa de miseracione paterni gremii de accepto gratis ab altissimo grate et gratis dispensando prefato Nicolao nominato, vocato et commendato ad eandem, ut premittitur, ac de eadem misericorditer prouidere. Et ne difficultas in expendendis litteris prouisionis in cancellaria siue camera apostolica oriatur, absque quouis grauamine easdem mandare expedire dignemini graciose, ne fides salubri principio inibi inchoata per carenciam pastoris diutinam thabefacta vilius conteposcat. Cum pater beatissime et si omnes alii, quod absit, quorum interest uel interesse posset, a tam laudabili incepto aliqualiter refrigescere seu deficere videretur negocio, ipsa sanctitas vestra, que est et esse debet tocius origo et perfeccio bonitatis in ecclesia militante, motu proprie liberalitatis et benignitatis ad augmentum sancte fidei nedum plage illius verum et omnium animarum totius orbis per ambitum procurare tenetur cura pastorali eidem s: v: id swadente, quam altissimus per longewa et felicia tempora conseruare dignetur

[1] So muss wohl gelesen werden, wofür im Codex: ‚pronen^{bo} temeritati.‘

Digitized by Google

pro regimine ecclesie sue sancte et consolacione mea speciali. Datum mensis XX Januarii.

LXI.[1]

Martinus episcopus seruus seruorum dei dilecto filio nobili viro Alexandro etc. salutem et apostolicam benedictionem. Quo-
46b niam singularis est | affectio nostra erga personam carissimi in Christo filii nostri Wladislai regis Polonie illustris et dilecti filii nobilis viri Fredrici marchionis summe placeret nobis et pro gratissimo haberemus, quod matrimonium illud, de quo alias sicut nouit excellencia tua inter eos tractatus habitus est, votinum consequeretur effectum. Et quoniam intelleximus, quomodo quidam prosecucionem huius matrimonii diuersis exquisitis coloribus impedire nituntur, propterea celsitudinem tuam, de qua plenam fiduciam gerimus, exhortamur, requirimus et rogamus, quatenus apud ipsum regem tam pro conseruanda et augenda inter eos beninolentia et amore quam eciam pro nostra consideracione efficaciter operari velis, quod ipse rex ab inceptis nullo modo desistat, sed matrimonium ipsum iam inceptum ad effectum perducat. Ex quo non dubitamus quamplurima bona eciam pro defensione et presidio catholice fidei propter vnitatem et consangwineitatem tantorum principum in ecclesia dei successiuis temporibus prouentura. Datum Rome apud sanctam Mariam minorem VIII kalendas Decembris pontificatus nostri anno septimo.

LXII.

Littera regis Hungarie domino regi Polonie scripta.[2]

Sigismundus dei gracia Romanorum etc: rex serenissimo principi domino Wladislao regi Polonie fratri nostro carissimo

[1] Was den Gegenstand anbetrifft, vgl. ob. Nr. I. Einen Brief in derselben Sache vom Papst an den K. Wladyslaw hat Dlugosz H. P. IX, 479 vom 28. Mai 1424, in welchem der Papst seine eigene, der Familie Colonna Verwandtschaft mit den Hohenzollern als Empfehlungsgrund in die Schale wirft. Beide Briefe intriguiren gegen das mit Leidenschaft verfolgte Interesse K. Sigismund's in einem Augenblick, in welchem die Curie ihn unaufhörlich liebkost und zum Kriege wider die Husiten entflammt.

[2] Dieser Brief ist Anfangs Februar 1425 geschrieben, denn die Taufe des polnischen Prinzen fand, wie erwähnt, den 18. Februar statt. Es ist gut,

Digitized by Google

salutem et fraterne dileccionis continuum incrementum. Serenissime princeps frater carissime, litteram vestram nobis per nuncium vestrum nouissime presentatam, in qua nos iterata uice ad baptismalem solempnitatem filii vestri carissimi nobis grate dilecti et ad compaternitatis officium inuitatis, gratanter suscepimus et sano collegimus intellectu. Et nouit altissimus, quod non solum ad huiusmodi baptismi solempnia iuxta petita venire fuissemus beniuoli | et parati, ymo nos motu proprio obtulissemus sponta- 47a
neos in his et singulis, que se votis vestre fraternitatis nobis care quomodolibet possent conformare, si nobis agendorum varietas, quibus cottidie vexamur, non obstitisset, et signanter tanti hospitis videlicet serenissimi principis domini Erici Dacie etc: regis fratris nostri carissimi de longinquis finibus votiuus aduentus,[1] quem honorare tanquam consanguineum nostrum propinquum tenemur et ex intimis affectamus, prout venerabilis Clemens Jaurien(sis) episcopus,[2] consiliarius et deuotus noster dilectus, quem ad huiusmodi solempnitatem et paternitatis officium dirigimus adimplendum, qui vestram fraternitatem, prout minime dubitamus, clarius informabit. Insuper multum gandemus, quod in venacionibus vestra prosperatur fraternitas quodque sic loca et tempora vobis coaptastis, quod iuxta desideria solaciis quoque potestis intendere. Nos vero agendorum mole depressi tenemur anxii, quod nullatenus etiamsi ferarum multitudine habundemus, huiusmodi non possumus vacare solaciis continue tempore dilabente. De transmissis autem nobis ferinis centauri et tigridis vestre fraternitati · vberes graciarum exoluimus acciones, que tanto graciori affeccione recepimus, quanto in his mittentis affectum cognoscimus et ea per nos et barones nostros auide consumpta plus quam vnquam prius de sapore placabili fuerunt multimode commendata. Procedimus preterea

dass das Datum mit unanfechtbarer Sicherheit festgestellt werden kann, denn von den in diesem Schreiben erwähnten Verhandlungen mit den Husiten und der projectirten Disputation von Brünn wissen wir aus anderen Quellen Nichts, und bei der Aehnlichkeit der Umstände, mit denen vom Winter 1423/24 (vgl. ob. Nr. IV.)[1] hätten sie leicht für identisch angesehen werden können. Auch Palacky spricht von diesen Verhandlungen nicht.

[1] Er war im heiligen Lande gewesen. Vgl. unten Nr. LXIV, Nr. LXXIX und Nr. LXXX.

[2] Vgl. Dlugosz H. P. XI, 485.

Digitized by Google

iam versus Tatam obuiam predicto regi Dacie carissimo fratri nostro, cum quo et si libenti animo deduceremus solacium venacionis, tempus tamen non patitur sed wlt, ut capture pocius piscium sollicitius insudemus. Nobilis tamen Stephanus nouis-
47b sime | in XII diebus IIC ceruos et prope XX porcos siluestres cepit, quod et si nobis multum placeat ab esu tamen eorum abstinere cogimur tempore sic volente. Preterea carissime frater, ut vestra fraternitas nouorum emergencium non sit expers, scire placeat, quod nobilis Hassko de Walstein[1] nos et illustrem Albertum ducem Austrie et marchionem Morauie filium nostrum carissimum accessit, qui per sollicitam filii nostri et solertem intercessionem graciam nostram consecutus nobis varia regni Bohemie negocia explicauit, Nos itaque communicato consilio reuerendissimi domini cardinalis[2] et dicti filii nostri et aliorum principum et procerum sacri imperii et aliorum regnorum nostrorum singulis baronibus, nobilibus, ciuibus et communitatibus regni Bohemie de parte aduersa indiximus terminum super festo sancti Jeorgii proximo ad Brunam veniendi litteris nostri saluiconductus ipsis in forma debita desuper destinatis. Quibus sic venientibus speramus iuxta specificacionem dicti Hasskonis, quod multos reperiemus humiliatos ad veniam et multos aliis modis congruis ad nostram obedienciam attrahemus. Nichilominus tamen arma pro exercitu future estatis paramus, nec huiusmodi tractatus nos deo dante impedient sed iuxta propositum estate instante aduersum rebelles dei et nostros manu valida procedemus, ad cuius rei consumacionem vniuersos sacri imperii electores et alios principes electores, comites, barones et ciui-
18a tates | requisiuimus, oportuna nobis aminicula in hac re impendenda.[3] Concurrunt etiam ad hec littere domini nostri summi pontificis, qui singulos fidei orthodoxe cultores ad simile exhortatur. Habemus eciam bullas v: f: et illustri Wi(tol)do magno duci Lythwanie fratri nostro carissimo[4] per dictum dominum

[1] Mithin hatte Haschek von Waldstein im Sommer 1424 Böhmen noch nicht verlassen und sich Albrecht von Oesterreich nicht unterworfen, wie Palacky, Gesch. Böhm. III. 2, p. 355 Anm. 328 vermuthet.

[2] Branda.

[3] Vgl. Eberhard Windeck cap. 199 der Goth. Handschrift cap. 128 bei Menken.

[4] Vgl. oben die Bulle an Witold vom 28. Januar 1425 (Nr. XX), und nach dem dort ausgeführten Beweise gehört auch wohl die Bulle bei Theiner Mon. Pol. II p. 32 Nr. 45 in diese Zeit und zu den hier gemeinten Stücken.

Digitized by Google

nostrum apostolicum destinatas, quas vobis per nostrum specialem nuncium curabimus destinare, vestram caram fraternitatem non minus obnixe quam affectuose rogantes, prout eciam vobis per dictum Clementem episcopum insinuauimus mentem nostram, quatenus nobis in hoc salutifero dei et catholice fidei negocio ad intrantem estatem vestra regia subsidia velitis valide et maiori qua potestis efficacia ministrare. Speramus enim indubie, quod ipsa estate vestro et aliorum amicorum nostrorum accedente subsidio multa succedent prospera fidei catholice et Christiano nomini plurimum profutura, prout etiam si se casus offeret ea vobis datura non differamus, ymo parati essemus et vltronei ad singula, que vobis et domui vestre conferre possent, quomodolibet status et honoris continuum incrementum. In eo f: v: nobis singularis amoris demonstrabit indicium erga vos omni tempore prona mente fraternaliter promerendum. Datum Tyrnauie [1] etc.

LXIII.

Copia compromissi in regem Hungarie facti. [2]

Wladislaus etc. Significamus quod dissensiones bella gwerras | lites rancores quaestiones et odia volentes euitare ad pa- 181b
cem aspirare et in quietis dulcedine pacis colere autorem de justicia equitate inriscultura fide et pericia serenissimi principis domini Sigismundi etc. fratris nostri, quibus multipliciter illustratis plene confidentes, in ipsum de alto et basso dolo et fraude quibuslibet cessantibus, nostro et illustrium principum Magni ducis Lytwanie fratris nostri, Johannis et Semoviti ducum Mazouie et coadiutorum et subditorum nostrorum nominibus compromittimus et compromisimus per presentes et omnes huiusmodi compromissi pro bono pacis et concordie sponte in se recipientes tamquam in arbitrum arbitratorem et amicabilem compositorem de et super omnibus et singulis causis terris castris fortaliciis greniciis limitibus litibus dissensionibus discor-

[1] Cod. Tymaniae.

[2] Zwar ist dieser Compromiss schon bei Raczyński, Cod. dipl. Lith. p. 242 nach einer Abschrift im Königsberger Archiv abgedruckt, ferner auch in dem Breslauer Schiedsspruch Dogiel. Cod. dipl. Pol. IV, 102 und anderwärts wieder aufgenommen, aber eine der wesentlichsten Bestimmungen, die über die 100,000 Mark Poen, ist nur in unserm Text zu lesen, der ein Entwurf zu sein scheint. Ueber die Beziehungen der Urk. vgl. Caro Gesch. Polens III. 496.

Digitized by Google

diis displicenciis controuersiis rancoribus odiis pactorum stipulatorum contractuum federatorum et pacis perpetue lesionum conceptorum susceptorum promissorum et stipulacionum jurium libertatum priuilegiorum et literarum violacionum, diffamacionibus infamacionibus detracticionibus, grauaminibus interesse dampnis impensis et expensis et generaliter super omnibus et singulis accionibus obligacionibus iuribus querelis et concordiis tam in Thorun quam alibi peticionibus et aliis rebus ac questionibus quibuscunque inter nos ex vna et venerabilem Mich(aelem) etc: Cuchmeyster magistrum generalem ordinis Cruciferorum de Prussia et ipsius ordinem parte ex altera quomodolibet factis motis et exortis dantes et concedentes eidem d. Sigismundo Ro. et Hung. etc: regi plenam et omnimodam potestatem, quod possit summarie simpliciter et de plano sine figura et strepitu iudicii lites, controuersias dissensiones con-
49a tenciones displicencias, questiones et quascunque caussas | preteritas et presentes inter nos etc: et predictum magistrum et ordinem quomodolibet subortas ut prefertur et omnia alia continencia dependencia ex eisdem audire et legitime examinare et insuper omnibus et singulis declarare pro sue libito voluntatis quibuscunque horis et temporibus diebus feriatis uel non feriatis partibus absentibus uel presentibus vocatis uel non vocatis iuris ordine et solempnitate seruatis uel non seruatis uerbo uel in scriptis stando uel sedendo simul uel diuisim diffiniendo uel ordinando arbitrando componendo uel alias quomodolibet denuo faciendo prout sibi melius videbitur expedire, infra hinc et festum sancti Michaelis archangeli proximum inclusiue prolataque corrigere declarare et interpretari, prefatus dominus Sigismundus Rom: valeat qualiscunque ex eis dubietas uel obscuritas imminebit inter partes videlicet nostram et magistrum et ordinem predictorum promittentes pro nobis ac supradictis principibus dominis Alexandro alias Witoldo etc. Johanne et Semouito ceterisque coadiutoribus et subditis nostris bona et sincera (fide) dolo et fraude semotis arbitrium laudum et ordinacionem concordiam et amicabilem composicionem et, quidquid super premissis et quolibet premissorum idem dominus Sigismundus Ro. et H. etc: rex duxerit faciendum, acceptare ratificare emologare ratum et gratum habere et seruare ac eis parere et acquiescere nec in aliquo contrauenire de jure uel de facto quoquomodo; nec vnquam a pronunciacione sentencia ordinacione

et concordia per dictum dominum Sigismundum etc. faciendum appellare, nec super his uel ipsorum aliquo recurrere ad arbitrium boni viri ac ea petere reuocari uel moderari, nec racione persone dicti domini Sigismundi regis etc. arbitri arbitratoris et amicabilis compositoris nec racione rerum de et super quibus compromisimus | uel alia racione nos componemus contra 49b
dictum compromissum uel contra dictam sentenciam ordinacionem pronunciacionem et concordiam dicti domini Sigismundi Ro. et H. etc. regis, qualitercunque procedat uel qualitercunque proferat suum arbitrium uel sua mandata siue seruet iuris ordinem, siue pretermittat sub pena C millium monetarum argenti puri applicandarum parti obseruanti et eciam sub quacunque alia pena per dictum dominum Sigismundum arbitrem et arbitratorem apponenda et vallanda, quequidem pena apponenda et vallanda tociens committatur et exigatur, quociens contra predicta uel aliquid predictorum ventum factum non obtemperatum aut non paritum per se uel per alium seu alios fuerit quoquomodo; qua pena commissa et exacta semel uel pluries soluta uel non soluta aut exacta, nichilominus omnia et singula premissa semper in sua maneant firmitate, renunciantes insuper omnibus et singulis appellacionibus et omni auxilio juris canonici uel ciuilis omnibus excepcionibus membranarum allegacionum rancorum ac ceteris beneficiis jurisfacti et proprie legibus seu consuetudinibus, quibus possemus facere uel venire contra promissum predictum ac omnibus, que huiusmodi compromisso possint obici uel opponi, et specialiter clausulis punctis et condicionibus in quibuscunque paccionibus literis federibus concordacionum contractibus preteritis expressis et positis aliis in contrarium facientes quibuscumque. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Datum Cassouie octaua die mensis Maii anno domini MCCCCXIX.

LXIV.

A. *Littera salui conductus regi Dacie missa in cancellaria domini regis Polonie, super quam noluit regnum Polonie intrare nec venire ad dominum regem.*[1]

Vniuersis et singulis tam spiritualibus quam secularibus principibus nec non palatinis, capitaneis, burgrauiis, nobilibus,

[1] Gegenüber den ganz verkehrten Angaben in Barthold, Gesch. von Pommern und Rügen IV, 1. p. 64. giebt der vorliegende Geleitsentwurf mit

Digitized by Google

terrigenis, vasallis, omagialibus, magistris ciuium, consulibus, ciui-
50a tatibus | et omnibus subditis regni nostri fidelibus dilectis gra-
ciam regiam et omne bonum. Quia serenissimus princeps illu-
stris dominus Ericus eadem gracia rex Dacie etc: frater noster
carus expletis peregrinacionis sue votis in terra sancta ad pro-
pria et sedem regni sui per terras regni nostri et dominiorum
nostrorum sanus et incolumis auspice domino reuertitur, et ut
speramus nostram eciam intendit videre maiestatem, nobiscum
de diuersis itineris sui casibus et aliis occurrentibus et neces-
sitatibus locuturus, ideo mandamus vobis et districte precipi-
mus, quatenus sibi, quando et quociens per terras semitas
bona dominia castra loca vestra et dicioni vestre supposita
et commissa vsque sedem regni proprii transiuerit et tran-
sire voluerit, cum debitis honorabilitatibus debeatis occurrere
et eum humiliter et benigne suscipere et eum ea tractare
reuerencia, qua nostram maiestatem reuereri suscipere et trac-
tare consueuistis, et nichilominus fraternitatem ipsius cum
tota familia et comitaticia sua nec non rebus et personis
ipsorum per omnia loca regni nostri securi sine omni impe-

---

seinem Jahresdatum in Verbindung mit den unten folgenden zwei Briefen (Nr. LXXIX u. Nr. LXXX) feste Daten über die Reise K. Erichs (des Pommern) von Dänemark. Das erste Mal ist Erich in Krakau v. 24—28. Januar 1424 (unten Nr. LXXIX). Am 17. Februar ist er nach dem Ausweis zweier Urkk. im Stettiner Archiv (Schwarz, Pomm: Lehnshistorie S. 510) in Ofen. Am 25. Februar kommt er aus Ofen wieder zurück nach Krakau (unter Nr. LXXX) und geht nach dem 5. März mit dem K. Sigismund nach Ungarn, um mit ihm Ostern in Stuhlweissenburg zu feiern (Eberhard Windeck cap. 183 der Gothaischen Handschr: cáp. 117 bei Menken). Hierauf bleibt er den ganzen Sommer bei Sigismund, begiebt sich erst im Herbste 1424 nach Jerusalem, und erst im Februar 1425 kehrt er von dort zurück (Vgl. oben Nr. LXII Anm. 2). Nach diesem Zeitpunkt, also im Frühjahre 1425 gedachte Erich wieder durch Polen in seine Heimat zu reisen, und auf diesen Durchzug beziehen sich die Verhandlungen über das Geleit. — Da alle Zwecke, wegen welcher Erich am polnischen Hofe gewesen war (vgl. Caro, Gesch. Polens III, 576 ff. und Dahlmann Geschichte von Dännemark III, 110 ff.) unerfüllt blieben, so fasste Erich (wie die bereits citirte Stelle bei E. Windeck zeigt) einen bittern Groll gegen Jagiello, und aus diesem Groll ging das Misstrauen hervor, von dem die obigen Geleitsentwürfe zeugen. — Dem König von Polen gegenüber wurde der Markgraf von Brandenburg denuncirt, diesen Groll geschürt zu haben (vgl. unten Nr. LXVII), allein gerade Jagiello konnte am besten wissen, dass von Allen Niemand weniger Einfluss auf Erich gehabt hätte, als Friedrich von Brandenburg.

Digitized by Google

dimento et aresto cum debita reuerencia transire permittatis et permitti faciatis. Eciam in personis vestris, si requisiti fueritis per ipsum uel ipsius nuncios et factores, saluum et securum conductum tociens, quociens vobis aut vestrum alicui mandauerit vel vos presentibus aut alterum vestrum requirere curauerit, proni sibi ministrantes aliter facere non ausuri gracie nostre sub optentu. Datum anno XXV.

B. *Littera saluiconductus, ad quam dixit velle venire, que per notarios est eius concepta.*

Wladislaus etc. presencium nostrarum litterarum tenore recognoscimus, nos serenissimum principem dominum Ericum Dacie Swecie etc. regem fratrem nostrum carissimum in nostrum regium securum et saluum conductum suscepisse, Sic quod ad (nos) et in terras nostras regna iurisdicciones districtus loca et limites securus et saluus cum omni sua | comititia et 50b familia, quam secum et suo nomine adducturus est, aduenet et intrabit, illicque cum sua prefata familia et comi(tati)tia saluus et securus stabit. Inde quoque similiter in suum ducatum et terram Pomeraniensem, vbi securus esse poterit sub eodem nostro conductu saluo et securitate reuersurus. Datum in etc. sub nostro sigillo in testimonium premissorum; Magis tamen credatur, quod per regem H(ungarie) sit conceptus.

LXV.

Litera super ratificacione et confirmacione priuilegiorum et iurium dominorum regni Polonie et concessione aliorum articulorum per dominum regem Polonie factos(!). [1]

Wladislaus dei gracia rex Polonie nec non terrarum etc. Significamus tenore presencium etc. quomodo libramine vere

[1] Diese, sowie die folgende Urkunde bezeichnen einen der wichtigsten und interessantesten Momente in der Entwickelung des polnischen Staatsrechts. — Władysław Jagiełło war nämlich zum Könige von Polen ernannt worden, ohne die Zusicherung der Succession für seine Descendenz zu erhalten. Als ihm aber am 31. October 1424 ein Sohn geboren ward, berief er gegen Ende April 1425 den Reichstag nach Brześć in Kujawien und forderte die präsumtive Anerkennung seines Sohnes als zukünftigen König.

Digitized by Google

racionis pensantes intemerate fidei et insuperabilis virtutis constanciam, quibus incolae regni nostri Polonie in bellis et certaminibus, que cum prosperis auspice domino nostrorum triumphorum successibus sepe sepiusque pro defensione nostra et

Der Reichstag verstand sich dazu unter der Bedingung, dass der König schon jetzt eine Constitution anerkenne, die zwar nur die bereits bestehenden Grundgesetze umfasste, aber in Folge scheinbar kleiner redactioneller Aenderungen doch tief eingreifende Neuerungen enthielt (vgl. Caro Gesch. Pol. III, 589 ff.). Ehe nicht die Bestätigung dieser Constitution seitens des Königs erfolgt wäre, sollte die Urkunde, welche die Anerkennung des Kronprinzen als Successor enthielt und in die Hände des Krakauer Bischofs als des Vertrauensmanns gelegt war, nicht ausgeliefert werden. Auf den Rath des Königs Sigismund nun soll Władysław sich geweigert haben die Prärogative des Adels noch ferner zu vermehren, und zog es vor, durch Unterhandlungen mit einzelnen Körperschaften und einzelnen Magnaten sein Ziel zu erlangen. Als daher im Reichstag zu Łęczyc 1426 der Vertrauensmann die Huldigungsurkunde wieder in die Hände des Parlaments zurücklegte, erregte die Weigerung des Königs den heftigsten Ingrimm, und vor seinen Augen geschah es, dass die Magnaten die Urkunde mit ihren Schwertern in Stücke zerhieben. (Exceptae [litterae] illico a proceribus sunt, et gladiis non sine strepitu et fragore micantium mucronum et pauorem nimium afferentium inspectante rege in partes minutas discerptae sunt. Dlugosz IX, 491.) Erst im J. 1430, als die Lage Władysław Jagiełłos durch das Bestreben Witolds sich eine selbstständige Königskrone aufzusetzen prekärer geworden war, verstand er sich dazu, die 1425 entworfene Constitution unter einer ganz kleinen Abänderung zu bestätigen. Drei Jahre später 1433 wurde die Constitution in den Paragraphen 9, 10, 11, 12 wiederum verändert und dann als gültiges Grundgesetz anerkannt.

Es giebt somit drei Redactionen der Constitution, von denen die letzte von 1433 für die Dauer perfect gewordene sich in sehr vielen Handschriften und in mehreren Gesetzessammlungen gedruckt findet (bei Łaski fol. 50, bei Konarski p. 89, Bandtkie jus pol. p. 224); die zweite dagegen v. 1430, welche nur drei Jahre lang eine rechtliche Gültigkeit hatte, findet sich handschriftlich in den Acta regia archivi regni Pol. (Bandt. AR.), in einem Bande der Dogiel'schen Abschriften im Besitz der Petersburger archäographischen Commission (Bandt. Dog. Vars.) und gedruckt bei Dlug. H. P. XI, 536; die erste aus der Feder des Stanisław Ciołek geflossene Redaction aber v. J. 1425, hat sich nur in zwei Handschriften erhalten: 1. in unserem Codex, 2. in dem Cod. Pulaviensis (von Bandtkie P. I bezeichnet; s. die Beschreibung desselben in der Vorrede zum Jus polon. p. XVI und XVII, ferner Lelewel, Polska średnich wieków IV, 469—475, Helcel, Starodawne prawa polskiego pomniki I p. XXII.) Das Verhältniss der drei Redactionen zu einander hat Bandtkie so sehr verkannt, dass er nicht begriff, wie der Cod. Pul. dazu kam das Datum 1425 etc. darunter zu setzen; unsern Codex hat Bandtkie natürlich nicht gekannt.

Digitized by Google

regni eiusdem hostium sustinendo insultus suscepimus, placere nobis meruerint et votis nostris obsecundacione fideli non absque variis periculis corporum et extenuacione rerum deuota subieccione vbique et semper paruerint, horum intuitu et aliorum contemplacione meritorum, que excelsa dona nostre munificencie non indigne promerentur; volentes eciam, vt beniuolencia eorum fidei affectus, quos cum tanta sinceritate in filium preclarum principem Wladislaum direxerint, quem expleto nostre vite periodo nostris requisicionibus admoniti sibi pro rege principe domino et herede regni huius Polonie et terrarum Lythuanie et Russie, quas preclarus princeps dominus Allexander alias Witoldus magnus dux Lythwanie frater noster carissimus, prout in presenciarum possidet, debet ad tempora uite sue possidere et post obitum eius ad nos et filium nostrum predictum vera et hereditaria successione denolui, sicut patentibus literis ad hoc confectis est firmatum, deuote et humiliter susceperint et corona regni sceptrisque regalibus cum solempnitate ceremoniarum debita promiserint tamquam verum et legitimum successorem, postquam etatem habuerit legitimam, insignire dignis pro grata vicissitudine regie celsitudinis muneribus compensentur

Hierauf folgen die Paragraphen 1—8 incl. (der Bandtkie'schen Eintheilung) wie bei Długosz, Łaski, Konarski, Bandtkie.

Die Paragraphen 9—12 (der Bandtkie'schen Eintheilung) lauten bekanntlich bei Długosz völlig verschieden von dem 1433 bestätigten Tenor, wie er sich bei Łaski, Konarski, Bandtkie findet; unser Codex, den frühesten Entwurf enthaltend, stimmt nicht mit den Letztern, sondern mit Długosz überein, nur mit dem einen wesentlichen Unterschied, dass dort, wo die Urkunde bei Długosz: casu vero seu successu temporis offerente dum intra spacium quinque annorum post distributionem ..... etc. hat, steht in unserem Codex: ‚duorum annorum' (Vgl. Bandtkie p. 227 Anm. 18). Die nächsten Paragraphen 13—31 (der Bandtkieschen Eintheilung) sind wiederum, von redactionellen Varianten abgesehen gleichlautend mit den Constitutionen von 1430 und 1433, wie sie in den erwähnten Abdrücken sich finden.

Unser Codex schliesst:

Nulla autem leuis causa nisi ardua absentiam notariorum predictorum poterit excusare. Harum quibus sigillum maie-

Digitized by Google

statis nostre appensum est testimonio literarum. Datum[1] in Brest ipso die beatorum Philippi et Jacobi apostolorum fer. III. anno domini etc. XXV per Czolkonem.

LXVI.

Littera dominorum regni Polonie super prestacione omagii inclito Wladislao filio domini regis Polonie facta.[2]

In nomine domini amen. Nos prelati, barones, comites
54b milites, proceres, nobiles, ciuitates totaque communitas | regni Polonie singulariter singuli et vniuersaliter vniuersi eodem animo eadem voluntate sciencia consensu et ratihabicione eisdem omnes vnanimiter significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis noticiam presencium habituris. Quomodo attendentes, quod tam racionis perswasio quam diuinarum et humanarum auctoritas scripturarum illorum reginen principum recommendat, quos nativi nobis soli concedit amenitas, nam tunc optime consweuerunt illam regere polliciam, ad quam nedum profectuum temporalium incitantur affectibus, sed cuiusdam naturalis originis trahuntur energia et non absque quadam dulcetudine affectuum imperiis eorum deuota plebis religio subycere se consueuit, quibus vere successionis ad sallia ingressum non ignorat. Quorum contemplacione et serenissimi principis domini Wladislai regis Polonie domini nostri graciosissimi intuitu, cum quo tot nobis et regno nostro felices triumphi successerunt, qualia non immerito sub filio suo, quem nobis ab alto donauit altissimus, possumus expectare, cum sepe surculus consurgens a stipite solet naturam tocius arboris in se continere, omnes vnanimiter nullo dissentiente votis vocibus et voluntatibus paribus inclitum principem dominum Wladislaum filium prefati domini Wladislai regis Polonie in regem et dominum verumque heredem et successorem regni Polonie de speciali consilio et voluntate magnifici principis domini Alexandri alias Wi(tol)di magni

[1] Cod: Pulav: Actum in Brest in conventione generali die Philippi et Jacobi apostolorum a. etc: XXV Datum per manus venerabilium Johannis, decani Cracoviensis, regni Polonie cancellarii et Stanislai Czolek custodis Gneznensis et cantoris Cracoviensis ecclesiarum, ejusdem regni Pol. vicecancellarii nobis sincere dilectorum.

[2] Dieses ist nun die von den Reichstagsmitgliedern 1426 mit den Schwertern zerhauene Urkunde, deren Wortlaut bisher nicht bekannt gewesen ist. Vgl. die Note zu LXV.

Digitized by Google

ducis Lythwanie ipsiusque prelatorum baronum ac militum suscipimus tenore presencium mediante promittentes, sibi bona fide et fideliter pollicentes, eandem fidem reuerenciam obedienciam deuocionem et obsequia debita et honesta semper et iugiter seruare exhibere, quemadmodum prefato domino nostro regi patri suo exhibemus et facimus et aliis ipsius predecessoribus exhibuimus seruauimus et fecimus. Et postquam fauente domino ad etatem debitam et maturam peruenerit, tanquam verum regem nostrum et dominum | sacra corona, qua alii reges regni 55a
Polonie consueuerunt coronari, insigniri promittimus, ita tamen, si prius et ante omnia litteras iura libertates et emunitates omnium statuum tam ecclesiasticorum quam secularium, quas a predicto patre suo et aliis regibus principibus ducibus heredibus et dominis regni Polonie tam naturalibus quam electis habuimus et habemus et presertim litteras exnunc circa assumpcionem predicti filii sui sine priorum preiudicio litterarum nobis datas obseruabit custodiet et attendet suisque litteris et priuilegiis efficacibus confirmabit ratificabit muniet et approbabit. In casu vero, quo predictus dominus Wladislaus, filius domini nostri moderni, easdem litteras libertates emunitates et gracias nobis per prefatum dominum nostrum patrem suum ceterosque reges principes et duces predicti regni Polonie datas quocunque colore exquisito nollet nobis dare, extunc prout exnunc esse volumus a premisso et litteris huiusmodi sibi datis liberi et soluti. Harum quibus sigilla nostra appensa sunt testimonio litterarum, Actum et datum in conuentu generali celebrato in Brescze vltima die mensis Aprilis.

LXVII.

Legacio ex parte Marchionis Brandenburgensis ad regem Polonie.[1]

Inprimis ex parte eiusdem Marchionis et ipsius uxoris et filii domini Johannis. Salutem cum benivolencia premiserunt.

[1] Aus unserem Codex hat Voigt, Erwerbung der Neumark Beil. V, diese Legation mit vielen Fehlern besonders in den Namen abgedruckt. Von derselben befinden sich aber ausserdem zwei Concepte, eins in lateinischer, eins in deutscher Sprache im Reichsarchiv zu München, deren letzteres Höfler in seiner Beleuchtung der Geschichte Böhmens und des deutschen Reiches (Abhandlungen der böhmischen Gesellschaft der Wis-

Digitized by Google

Item dixerunt idem nunccii, quod serenissimo domino Romanorum rege in Budzin existente et ibi tunc venerat ad ipsum gener suus dominus Albertus dux Austrie, in cuius presencia idem rex cepit multa loqui contra marchionem Brandenburgensem, quia scivit, quod idem dux Austrie est nepos sive sororius germane filius eiusdem marchionis, asserens ipsum traditorem mendacem et multorum malorum conditorem; tandem respondit dominus Albertus in hunc modum: miror, o rex
55 b gloriose et pater carissime, | quod semper tociens, quociens vestris representor conspectibus, marchioni avunculo meo dicere multa convicia consuevistis, cum tamen scire potes v. S., quod marchio est in tota Almannia acceptior vir et sciolus tocius posicionis et ordinis sacri Romani Imperii et posset S. v. in multis deservire et facta vestra dirigere, si cum ipso in bona concordia sicut antea S. v. remaneret. Et post hoc rex Romanorum dixit: placet vobis ex quo sic dicis, quod ad nos Wiennam veniat, ubi secum per tui medium et aliorum amicorum nostrorum facere temptabimus. Et quia tunc fuit presens dux Lodewigus Bavarie de consensu regis Romanorum et eiusdem Alberti ducis Austrie transtulit se ad marchionem predictum et ista sibi per singula exposuit. Quibus auditis marchio respondit, quod nil posset nec vellet facere absque consensu electorum sacri imperii, sed illis etiam referret, et tandem cum istis negociis electores auisauit et disponebat se Wiennam transferre, premisit autem ante se comitem dominum de Hutting,[1] qui dum coram ipso rege astaret, ad eundem dixit dominus Rex Romanorum, ut insinuaret Regi aduentum suum Wiennam, de

---

sensch. V Folge Bd. XIII, 1865 p. 12) mitgetheilt hat. In dieser dem Inhalt nach ärmern, an copia verborum und in dem ersten Abschnitt auch sachlich reichern Version ist insbesondere die Angabe des Datums von Werth. Im deutschen Concept heisst es: yn junonswladisslavia geschickt des Eritags (?) der Pfingstfeyrtag vor den Kunig von Bolan; im latein: in juveni vladislavia fer. III festi Pentecost. Wenn aber Höfler a. a. O. dieses Datum mit der Jahreszahl 1424 ergänzt, so ist das ein Irrthum, denn um Anderes zu verschweigen, ist die Rückkehr König Erich's von Dänemark aus dem heiligen Lande erwähnt, und diese erfolgte erst im Frühjahr 1425 (vgl. oben Nr. LXIV). Und in dieses Jahr haben wir auch die Botschaft zu setzen, denn der König Wladyslaw sagt in seiner Antwort, der Reichstag sei zur Zeit nicht zusammen, was für 1426 nicht richtig gewesen wäre. Wir finden somit als das Datum der Botschaft den 29. Mai 1425.

[1] Voigt, Hurring. — Graf Ludwig von Oettingen.

Digitized by Google

quo per Loduigum ducem fuit sibi intimatum. Et dum in presencia regis Romanorum idem Huting esset constitutus, iterum marchionem multis improperiis coram Huting[1] cepit Rex increpare, licet promisisset Alberto Austrie ipsum nullis contumeliis et opprobriis afficere, quousque Wiennam veniret et ibi secum vel concordiam reciperet vel aliquem consequeretur finem. Tandem Huting dixit: Serenissime princeps, non levipendat hunc virum vestra Regia maiestas, quia omnes electores imperii tanquam virum sapientem et peritum reputare consueuerunt. Et si esset bona inter v. S. et ipsum concordia, non ambigo, quod bonum vestrum et tocius christianitatis profectus inde sequeretur, sicut nouit v. S. quomodo bonum S. v. in Concilio et in omnibus terris Almanie dum cum vestra S. in bona vixerat concordia | procurabat. Tunc Rex Romanorum dixit: Ex quo (!) 56a
parte innitamur secum ad concordiam, efficias quod ligas, quas fecit cum Rege Polonie et duce Witowdo contra Cruciferos,[2] quod illas liberet et nobis assignet. Item restituat nobis litteras regis Polonie quas habet super contractu matrimonii etc.[3] et poterit consequi nobiscum optatam concordiam. Et hoc secure facere posset, quia Rex Polonie nobis per nunccios intimauit speciales, quod nunquam dabit filiam suam nato marchionis. Deinde marchio auditis diffamacionibus Regis et tantis conviciis etc. a transitu Wiennam se retraxit. Tandem prefati nuncii subiunxerunt et dixerunt: marchio amicus vester valde grave gerit hoc et mente consternatur, quod Romanorum Rex tendit in suam et suorum destruccionem filiorum, quod non aliunde ortum habet nisi ex hac amicicia, qua sumus federati adinuicem, quia ante hoc inter nos federa constat S. v. quomodo fuerit multis graciis donis fauoribus et muneribus per ipsum regem Romanorum prosecutus. Igitur attendere dignetur v. S. et ad conseruacionem amicicie istius inuigilare, ut in ambiguo amplius non ponatur frater et amicus vester, nam ipse marchio cum omnibus amicis subditis et beniuolis, quos poterit preualere semper intendit cum regia maiestate magno duce Litthuanie et Regnis et vestris dominiis remanere.

Item exposuerunt dicentes, quomodo intellexit marchio, quod rex Romanorum habuerit coram v. S. dicere et eidem suggerere, qualiter marchio non posset in marchionatu Bran-

[1] Voigt: Huring. [2] Bei Voigt falsch Ericos. [3] Vgl oben Nr. II und III.

Digitized by Google

denburg pro dotalicio filie vestre dotem assignare. Serenissime princeps, quotcunque fuerint antecessores mei et nouissime Jodocus illius marchionatus possessor omnes uxoribus suis in dicto marchionatu dotem assignarunt. Sicut et adhuc sepulcra illarum dominarum, que ibi in suis dotaliciis sepulte sunt, protestantur.

Item consideret v. S., quanta bona ex coniunccione istius parentele potuerint prouenire toti mundo profutura. Et in casu,
56b quem | Deus auferat, si ad suggestionem emulorum Regis et marchionis aliqualiter soluerentur, quanta mala, quot cedes bella prelia immınerent, v. S. poterit intueri. Ad quorum euitationem non dubitat marchio de S. v. sicut de tanto principe, cuius fama totum mundum resplensit, et cui secundum in orbe regem talis potencie fame et nominis reperiri non poterit, quin fame vestre consulendo adessemus.

Item dixerunt, qualiter marchio intellexisset, quomodo fuisset S. v. suggestum, qualiter ipse nepotem .suum in Hungariam direxisset dominum ducem Janussium, quando rex Dacie etc. de terra sancta expletis votis peregrinacionis per Hungariam transiuit, ad auizandum ipsum, ne per regnum Polonie se transferret, quia ibi per regem deberet captiuari vel ipsius regnicolas, aut saltim aliqua pericula sustinere, et subiunxerunt: En Rex gloriosissime, attendite istam maliciam et oblucucionem, qualiter marchio deberet inimicum et hostem suum, qui quottidie suam cum aliis emulis suis destruccionem meditatur, a periculis premuniri.[1]

Item conquesti sunt idem nuncii contra duces Stetinenses, quomodo licet per medium ducum Lucemburgens(ium)[2] etc. inter ipsos treuge pacis ad certum tempus firmate fuissent, et in spem ipsarum marchio ad partes remociores discessiset, ipsi captura optinente temporis in sui absencia castrum ciuitatem ipsius Placemburg[3] receperunt clandestine nulla diffidacione premissa, preterea supplicat vos dignemini milites et clientes vestros permittere secum contra duces predictos proficisci armatos in vindictam suarum iniuriarum, quas ab ipsis pertulit in-

[1] Vgl. oben Nr. LXIV und die Anmerkung. [2] Höfler: Lauenburg. [3] Höfler: Flattenburck.

nocenter, et indulgere victualia de regno vestro adducere exercitibus suis, quos contra duces suos conducit.[1]

Item dixerunt, sciat v. S. quod marchio contra predictos duces infrascriptorum potentias congregat dominorum, cum quibus in terras predictorum ducum propria eciam in persona in quinque septimanis promisit apparere, | et exer- 57a
citus suos in medio terrarum ducum predictorum ponere in despectum ipsorum et eis inuitis.[2] Primo Archiepiscopus Coloniensis cum potencia sua propria in persona. Item Maguntinensis similiter cum potencia et persona. Item Trevirensis mittit potenciam sed remanet solus. Item episcopus Medburgensis potenciam dirigit solus remanet. Item falczgraff solus et cum potencia. Item aliqui de Slesia[3] milites et nobiles. Item episcopus Erbipolensis alias de Wirzburg solus et cum potencia et alii multi comites duces et principes Almanie.

Item, quomodo decanus imperii hoc est episcopus Magutinensis citat omnes imperii electores, quatenus omnes simul in Wirzamburg sub pena priuacionis iurisdiccionis sue in eleccione super festum sancte trinitatis proximum compareant audituri, que ipsis ibi proponeretur.

Item retulerunt idem nunccii, quod nullus electorum contra Hussitas vadit, ymo dixerunt se decetero audisse et has habuisset marchio nouitates, quod Rex Romanorum duces Zlesie et aliarum terrarum nobiles, quibus iusserat contra Hussitas se preparare, reuocauit et aliud tempus, quod fortasse nesciuit determinare nobis assignauit.

Item retulerunt, quomodo Romanorum rex ciuibus mandauit imperii, ut se contra electores secum colligerent; et dicte ciuitates responderunt, quod non licet eis aliquas ligas facere, quia cum Serenitate sua non senciunt in aliquo discordare electores, et eciam cum ipsi Electores sint domini sacre corone imperii, qualiter sunt per nos sine nota infamie relinquendi.

Responsum.[4]

Legaciones vestras intelleximus, ad quas pro presenti propter absenciam baronum et consiliariorum nostrorum, quorum con-

[1] Offenbar auf die Ereignisse bezüglich, welche Barthold, Geschichte von Pommern und Rügen IV. 1. p. 66. ff. erzählt.

[2] Bei Voigt: inimicis. [3] V: De Slesis. [4] Fehlt bei Höfler ganz.

Digitized by Google

siliis utimur, in omnibus et presertim in his, quas tam magne importancie reputamus, usque ad eorum presenciam distulimus
57b respondere. Et istis acceptis | responsum habita licencia recesserunt.

LXVIII.

Littera regis Hungarie pro Cruciferis, ne contra ipsos dominus rex Polonie pretextu granicierum Nouemarchie quidquam attemptet. [1]

Sigismundus dei gracia Romanorum rex semper etc. serenissimo principi etc. compatri. Serenissime princeps etc. Audiuimus ex relatu veridico, quomodo vestra fraternitas venerabili Paulo de Rusdorff magistro generali ordinis Theutonicorum de Prussia deuoto nostro dilecto ipsiusque preceptoribus certam statuisset dietam pro conuencione celebranda ad tractandum et agendum de metis et graniciebus inter magnam Poloniam et Nouammarchiam, quas v. f. et aliqui de vestris de regno Polonie impetunt asserentes easdem metas vltra solitum fore extendendas et ad vestrum regnum pertinere; verum frater et compater carissime, adeo constat et est publice notorium, quod Nouamarchia ad nos pertinet hereditarie et est mere nostra hereditas, et prefati magister et ordo nullum alium ad eandem Nouammarchiam habent tytulum, nisi quod eandem tytulo pignoris a nobis habent obligatam, neque ad ipsos pertinet seu aliqualiter eis ad tantam habenam laxamus, quod possent nobis de metis et graniciebus diminuere seu numerare. Sed quod nobis eandem marchiam in eisdem punctis esse et vigere conseruare et tenere debeant, quemadmodum tempore inuictissimi principis

[1] Voigt (Erwerbung der Neumark p. 174) hat dieses Schreiben in unserem Codex gelesen, und sich veranlasst gesehen, es ins J. 1422 zu setzen. Von allen andern Unmöglichkeiten abgesehen, (es wüthete im August 1422 der golub'sche Krieg zwischen Polen und dem Orden) geht es schon darum nicht an, weil K. Sigismund den ganzen August 1422 sich in Nürnberg aufhielt, also von Ofen aus nicht schreiben konnte. — Es unterliegt keinem Zweifel, dass es sich hier um die i. J. 1425 gepflogenen Verhandlungen dreht, und es genügt zum Beweise anzuführen, dass sich im königsberger Archiv ein Schreiben Sigismunds an den Hochmeister vom 22. Novbr. 1425 findet, welches genau denselben Inhalt hat und dieselben Punkte berührt, wie das vorliegende. — Die Monographie Voigt's über die ‚Neumark' hat den Gegenstand noch nicht erschöpft.

Digitized by Google

et domini domini Karoli Romanorum imperatoris semper augusti et Bohemie regis illustrissimi genitoris nostri et nostris temporibus tenta fuit et seruata, et sicut eis per nos fuit obligata. Et quia recolimus cum v. f. alias super hoc facto earum granicierum contulisse, quod parati fuissemus ad videndas et perlustrandas dictas granicies nostros dirigere, dummodo nobis vestra fraternitas tempus diem et locum assignaret, ideo e vestra fraternitate ex affectu requirimus attente desiderantes, quatenus pretextu granicierum et metarum Nouemarchie cum prefatis magistro et preceptoribus nihil attemptare placeat dietamque eis propterea indictam cassando nobis velitis terminum et diem assignare, ad quem parati sumus ymo volumus nostros ydoneos nunccios | dirigere, qui vnacum vestris easdem metas con- 58a
spiciant et iuxta ritum antiquitus et tempore recolendo memorie genitoris nostri predicti et per nos obseruatum cum designacione earundem metarum faciant inter nos, quid fuerit racionis. Nos enim ad hoc sumus dispositi et ad hoc ex sincera fraternitate aspiramus, quod nobis de hiis, que vestra sunt, nihil vendicare cupimus et ea racione de vobis similiter speramus nec propter hoc vestra fraternitas aliquem contra prefatos Pruthenos debet rancorem concipere, cum non ipsorum in hoc negotio res agatur, sed nos quo ad hoc pro nostro habemus et tenemur ex debito patrimonio respondere. De nouis occurrentibus scire placeat, quod speramus cum principibus electoribus cito solempnem celebrare dietam et adeo recontra auisamenta recepimus, quod illa non poterit conuencio preterire. Sed diem conuencionis vobis in brevi per alios nuncios insinuabimus rogantes e vestra fraternitate, qua tenus fraternitati placuerit pro agendis vestris aliquibus vestros eidem conuencioni interesse extunc potissime ad concordandum cum principibus electoribus, qualiter sit in futura estate contra hereticos finaliter procedendum in fauorem fidei, placeat suos ambasiatores destinare, hoc vnum presertim et vice reciproca petimus, ne propter metas predictas seu granicies contra predictos magistrum et ordinem indignacionis aculeum aliqualiter protendatis eo, quod nostra sit hereditas et nos parati sumus, quod hoc tam per vestros quam nostros, quos ad idem factum parati sumus dirigere, mediante iusticia discernatur in eo nobis frater carissime singularem beniuolenciam ostensuri. Datum Bude feria VI. post festum as-

Digitized by Google

sumptionis beate Marie virginis gloriosissime anno etc. Ad mandatum domini regis Mich . . . prepositus Bolestam.

LXIX.

Facultas seu mandatum Regis Hungarie super distinctionem limitum inter regnum Polonie et Novam Marchiam faciendarum concessa quamuis alias denegata per eosdem tamen subordinata.[1]

Sigismundus etc. venerabili Paulo de Rusdorff Magistro
58b generali ordinis | domus Theutonice ipsius preceptoribus devotis nostris dilectis graciam regiam et omne bonum. Cum serenissimus dominus Polonie Wladislaus etc. frater et compater noster carissimus cum regno suo Polonia et terra nostra Nouamarchia, quam vobis et ordini domus theutonice de Prussia ante tempora obligauimus, dinoscitur confinari ideoque frater et compater noster nobis vobisque comuniter moneat ex parte granicierum et metarum terre Noue marchie predicte petens ad designandum et distinguendum ac erigendum easdem metas inter regnum ipsius Poloniam et Nouam marchiam nostros nunccios ad festum sancti Johannis venturum proxime destinare, cumque vobis alias munimenta et iura nostra, que inter conseruatoria priuilegiorum et litterarum nostrarum invenire et habere poteramus ad Nouam marchiam ipsiusque metas et granicies pertinencia direximus, inter alia vobis scribentes, quod et vos in terra Noue marchie alia munimenta querere probacionesque autenticas et oportunas testesque inuestigare deberetis et qui distinccionem metarum et granicierum predictarum secundum quod opus fuerit possent promovere; et quia in illis partibus probaciones huiusmodi tam per testes quam per munimenta ac

[1] In einem Schreiben K. Sigismunds bei Raczyński, Cod. dipl. Lith. p. 319 an den König von Polen dat. Tata XXIIII die mensis Maii regnorum nostrorum anno Hung. LX also 1426 äussert sich Sigismund: Scire placeat, quod iura et munimenta pro cognoscendis et distinguendis predictis greniciebus et metis opportuna venerabili Pawlo magistro generali ord. domus de Prussia direximus et iam ipsis mandatum plenum dirigimus et de nouo scribimus, ut nobiscum seu cum vestris, quos ad hoc peragendum deputaveritis, conueniant et predictas grenicies . . . terminent. Es kann nun kein Zweifel obwalten, dass dies das vorliegende ‚mandatum' ist, und wir gewännen somit dafür das Datum den 24. Mai 1426.

Digitized by Google

litteras per nos directas sufficiencius experiri possunt et discerni, sic quod ad hanc rem nostros nunccios de istis nostris partibus non expediebat destinare; ideo de vestra legalitate sagacitate prudencia et prouidencia plenam et indubitatam fiduciam et obtinenciam, non per errorem aut improuidenciam sed matura deliberacione prehabita, sano eciam fidelium nostrorum accedente consilio ac de certa nostra scientia vobis magistro generali et preceptoribus predictis seu vestrum alteri damus et concedimus per presentes plenum et sufficiens mandatum ad quedam cum prefato serenissimo fratre et compatre nostro carissimo rege Polonie seu ipsius prelatis et baronibus, quos ad hoc deputauerit, et ad tractandum agendum et interloquendum pro predictis graniciebus priuilegia litteras munimenta instrumenta probaciones et testes idoneos producendum designacionem distinccionem et ereccionem predictarum granicierum persequendum eadem designacionem distinccionem ac ereccionem | metarum iam 59b
dictarum acceptandum justiciamque vobis ministrari et granicies in suis veris et antiquis metis et limitibus conseruari petendum et generaliter omnia alia et singula pro expedicione et discussione predictarum granicierum et metarum faciendi, que nos facere possimus, si personaliter adessemus, ratum et gratum habentes et habere promittentes, quidquid per vos et vestrum alterum in predictis metarum distinccionibus et execucionibus actum factum expeditum conclusum fuerit seu quomodolibet diffinitum presencium sub nostri regalis sigilli appensione litterarum.

LXX.

Littera Pawloski ad dominum magnum ducem, in qua regraciatur sibi de comemoracione seruitiorum patris sui et suorum. [1]

Serenissime principum illustrissime domine inexplicabilisque fautor mi benignissime! Post oraciones in Cristo deuotas,

[1] Ueber diesen ‚archidiaconus Plocensis et canonicus Posnaniensis' Stanislaus Pawlowski, den Sohn des subjudex Sochaczoviensis Mroczeslaus de Gnatowice, über die Ursachen seiner Feindschaft mit den Kanzlern des Königs, über sein revolutionäres Auftreten in der Episcopalsynode v. Leczyc 1425 und die wichtigen Gesichtspunkte für die Stellung der Parteien, welche sich grade aus dem vorliegenden Schreiben ergeben, s. Caro, Gesch. Polens III. p. 561 ff.

Digitized by Google

quibus constanti sedulitate deo michi teste clemenciam saluatoris pro vestra ac consortis vestre carissime exoro longeua et prospera sospitate de collatis diue recordacionis patri meo et nobis omnibus paternis suis fauoribus et beneficiis ac illa sincera ad mei status exaltacionis affeccione, quatenus seruitutes exhibeam aut graciarum acciones condignas pro eisdem beneficiis referam nescio, Quia ut ab experte in animo meo quottidie reuoluens cognosco, immensitas beneficiorum patri meo et omnibus nobis paternis suis seruitoribus v. s. impensorum omnes superat meorum sensuum cogittaciones et illa varia, ymo inexplicabilis multitudo donorum per ipsum patrem meum iam in auro in argento iam in perlis iam in vestibus optimis iam in equis iamque in hominibus ac multis aliis a v. s. habundantissime et pro me nouissime receptorum vicit volubilitatem verborum. Nam si totum vite tempus mee horis fere omnibus occuparem obsequiis et lingwa mea graciarum accionibus s. v. laudes canendo debitas insisteret, non adhuc in istis omnibus
59b prefata beneficia | et donorum variorum acumulus debite compensarentur. Cum et istis nouissime temporibus s. v. non meis meritis preuiis, sed eiusdem v. s. benignitate innata, vt per inclitum dominum Kazimirum sum a certo informatus, quem dum a v. s. preclarissimus princeps dominus et dominus Wladislaus Polonie rex etc. frater v. s. carissimus litteras pro suo et regni sui vicecancellario domino Czolkone fauorosas direxisset affectans ab eadem v. s., vt apud illustres principes dominos Jo(annem) et Semouitum duces Mazovie[1] seruitores vestros et dominos meos benignissimos ac apud capitulum Plocense se v. s.

[1] Die dem Grossfürsten unterbreiteten Entwürfe folgen unten unter Nr. LXXI A und B. — Dass also Stanislaw Ciołek der Gegencandidat des Stanislaw Pawlowski war, hätte Długosz, der aus Quellen schöpfte, die der Königskanzlei äusserst nahe standen, wissen können. Wenn er nichts desto weniger XI, 487 die missglückte Mitbewerbung des Stanislaw Ciołek gänzlich verschweigt, und dafür die anderweitig nicht begründete Erzählung giebt: ‚et licet a parte saniori et maiori (des Capitels) Cristinus Nieborowsky canonicus Plocensis Nobilis de domo Pranditarum fuisset electus, cessit tamen instante Semouitho duce de iure electionis et Stanislaus ipse Pawlowsky . . . consecratus est', so ist das nur ein Zeugniss dafür, dass Zbygniew Oleśnicki, der Bischof von Krakau, der Reichskanzler, welche für diese Jahre dem Długosz die Feder geführt hat, das Fiasco seines Freundes und Schützlings Stanislaw Ciołek auf die Nachwelt nicht gebracht wissen wollte.

Digitized by Google

interponere precatibus pro episcopatu Plocensi dignaretur, quod tunc v. s. tamquam dominus meus fauorosissimus dignata est patris mei et demum mea licet parwa et exilia v. s. exhibita recordari seruicia ipsi domino regi formaliter et prudentissime per vestras litteras respondendo, quod ad status domini vicecancellarii exaltacionem s. v. vbi commode posset et cum honore vellet esse cooperator et adiutor. Sed patris mei reductis vestre memorie benedicte seruiciis, qui in eisdem existens migrauit ad Christum, ac mei in v. s. familiarem receptum rememorans dixit, quod iam contra nostros seruitores promouere dominum vicecancellarium s. v. non liceret. Attento eciam et audito, quod ipsi domini naturales principes Mazovie me, quantum in ipsis fuit, ad episcopatum Plocensem tamquam patroni veri me presentauerunt et mihi ipsum contulerunt. Ista et alia secundum racionem a domino deo s. v. diuinitus datam allegantes fratri vestro domino regi respondit v. s. ad finem, quod ego fuissem exaltatus. O et vnde mihi tantillo et minimo seruitori vestro talis a vestra s. gracia, quod ne dicam mei status exaltacionem v. s. dignata est operari sed et patris mei ac seruicia mea licet exilia recordari, et vtinam scire possem et intelligere, quibus obsequiis tante benignitatis affectum debeam cum omnibus meis promereri, cuius sedulitate tociens me v. s. iam frequentat, que quociens et precedentium beneficiorum dona rememorari mihi contingat ardentibus ex fragro desideriis vicissitudinem quam posset mea preualere deuocio | pro tantis munificencie graciis 60a
exhibere. Cum autem retribucione per me debita eorum nequeat compensari magnitudo, omnium bonorum retributor s. v. et consorti vestre longeua et hic prospera in futuroque seculo eterna vita retribuere dignetur, deuocionis autem mee ad v. s. seruicia affectus exhibicionis condigne apud v. s. tamquam dominum mihi graciosum suppleat imperfectum ista uice. Nam ex quo domino deo volente ac v. s. fratrumque vestrorum dominorum ducum Mazovie voluntate et opera exacta concurrente sum ad hanc apicem licet indignus per dominos prelatos et canonicos concorditer et vnanimi voto in episcopum Plocensem feria III. ante festum sancte Margarete proxime preterito (!) electus, v. s. diebus quos ducam in humanis cum omni genelogia mea et clero offero me tamquam promotori et inexplicabili patris mei et omnium nostrum fautori fidelissime seruiturum; Pro hacque uice licet non tantum, quantum teneor et obligor,

Digitized by Google

dirigo s. v. vnum equum pro munere per nobilem G. fratrem meum exhibitorem presencium ex parte mei seruitoris et capellani vestri, quem pocius oculos mentis vestre ad affectum dantis quam muneris quantitatem dirigentes suscipere dignemini tamquam dominus meus graciosus, prout v. s. prefatus G. seruitor vestre s. vt a me didicit lacius informabit, cuius dictis fidem v. s. dignetur adhibere creditiuam et eum pro parte mea benigne exaudire pro maiori mihi gracia facienda. Datum in diuisione apostolorum XXV. etc.

LXXI.

A. *Scribi debebatur duci Se(moui)to a domino Wi(tol)do.*[1]

Preclare princeps frater carissime! Audiuimus qualiter bone memorie episcopo Plocensi sublato de medio[2] nonnulli prelati et canonici tractantes de eleccione futuri pontificis in venerabilem (Stanislaum) sue postulacionis seu eleccionis vota dirigere proponunt vestraque fraternitas quendam suum Can(onicum) ad eandem graciam promouendum decreuit. Et quia dictus S(tanislaus) solicitudinis sue studio in diuersis regni Polonie necnon nostrarum et vestrarum terrarum accomodis se fideliter exercuit, prout probabili documento est compertum, quapropter v. f. presentibus petimus ex affectu, quatenus in
60b eundem S(tanislaum) promocionis vestre | vota contemplacione serenissimi principis domini W(ladislai) fratris vtriusque nostrum carissimi ac nostrarum precum interuentu reducere et redigere velitis pro quo nos vnacum fratre nostro predicto f. v. filiisque vestris bonis et largifluis rependiis volumus reminisci. Quod si f. v. nostras presentes peticiones repudiaret ut non credimus, saltim placeat f. v. nostra presentia vota taliter porrecta in publicum non producere nec alicui ea aperire, ne alii perpendentes ipsa fore repulsa mentes et intellectus ipsorum in obliquam

[1] Der vorangehende Brief Nr. LXX erweist, dass diese Entwürfe blieben, was sie waren, und dass Witold sich nicht entschloss sie an die Herzöge abzuschicken.

[2] Bischof Jacob v. Plock starb am Pfingstsonntag den 27. Mai 1425. Dlugosz H. P. XI, 487.

Digitized by Google

partem interpretacionem sinistram conuertant, per quam ruboris nostri possent subsequi argumenta. Super quo petimus nobis per v. f. responderi. Datum etc.

B. *Domino Janussio.*

Preclare princeps! Ex quo prout deo placuit bone memorie dominus Ja(cobus) Episcopus Plocensis ab hac luce est translatus post cuius obitum aliqui prelati et canonici de eleccione futuri presulis tractantes in wenerabilem S(tanislaum), cuius merita euidentissima probacione per orbem dispersa elucescunt, vota sue postulacionis dirigere decreuerunt nec a suo intendunt recedere proposito dummodo per v. f. fuerint in eodem stabiliti. Quapropter f. v. attente petimus per presentes, quatenus promocionis vestre subsidia tam apud preclarum principem quam capitulum Plocense pro St(anislao) predicto, cuius fratres in dominiis v. f. felici fouentur incolatu, interponere velitis, per que graciam predictam assequi valeat atque possit non obstante, quod prefatus dominus Se(moui)tus v. f. irrequisita in quendam suum canonicum oculos suos conuertens pro ipso scripsisset litteras capitulo Plocensi predicto, gratam nobis complacenciam ostensuri loco et tempore v. f. dignis recordiis rependendam.

LXXII.[1]

| Beatissime pater domine benignissime! Nuper s. v. cle- 61 a
mencia per venerabilem N. decretorum doctorem et e s. v. referendarium iniunxit mihi vigilare, ne in regno et dominiis ac terris diccioni mee subiectis illa pestifera Viclefittarum heretica prauitas pulularet et nunc subiectos perniciosissimum (?)[2] illud fermentum spargeretur, ad hoc beatissime pater antequam iussa et hortamenta sanctitatis vestre ex ore prefati archiepiscopi recepissem, suasu reverendissimi in Christo patris domini

[1] Da dieser Brief, wie aus den unten folgenden Anmerkungen sich erweisen wird, ins Jahr 1421 oder 1422 zu setzen ist, so ergibt sich daraus, dass in Polen schon Massregeln gegen den Husitismus ergriffen wurden, als Sigismund Korybut nach Böhmen geschickt ward und Unterhandlungen über die Annahme der böhmischen Krone gepflogen wurden.

[2] In Cod. spiciarosissimum (?).

Digitized by Google

N.[1] sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopi sincere mihi dilecti,[2] qui in extirpacione huius nephande hereseos totum se exposuit, omni conatu et diligentia me impendi, postquam nunc s. v. monita et mandata tam salutaris rei suscepi, ad hoc ipsum maioris solicitudinis affectus extendi et studia germinaui ac proinde omnibus regni mei officialibus districte commisi et mandaui, ut per omnia loca regni ipsorum subdita has execrabiles animarum peruersiones scrutarentur et quererent, quoscumque autem ex illis cuiuscumque status condicionis eminencie sexus aut gradus existerent reperirent, comprehenderent captiuos et prefato domino archiepiscopo uel eius officialibus in curiis suis vinctos presentarent. Sicque tali cura adhibita plurimi iam per dictum dominum archiepiscopum carceribus et vineulis mancipati miserabiliter tenentur, prout praua eorum opera meruerunt, inter quos alios, qui ad cor reuertuntur et abhominantur errores seueroque promittunt iuramento decetero nunquam recidiuare ad eosdem, iniuncta debita poeniteneia a captiuitate resoluit, alios vero, quos eernit pertinaces et eeruicis dire, pene subieit quam merentur. Cum pater benignissime prefatus dominus Archiepiscopus auctoritate careat,[3] qua redeuntibus ad synum sancte matris ecclesie beneficium plene absolucionis erogaret, ne dictis poenitentibus et conuersis, qui aut debitis aut paupertatis et inopie uel aliis legitimis causis absistentes pedes s. v.
61 b adire non possunt, desperacionis | accessus et regressus ad vomitum prioris malicie prebeatur, dig(netur) s. v. predictum archiepiscopum de plenitudine potestatis auctoritate vestra apostolica fulcire et quos recepit post conuersionem ad poenitenciam valeat eisdem absolucionis beneficium impertiri. Preterea pater beatissime eor meum multis exuberat tristiciis, quod ille Greg(orius) antistes Mac(ed)o,[4] qui vnionem ecclesie orientalis tanto

[1] Ist ohne Zweifel eine Namensinitiale und bedeutet Nicolaus. Der Primas Nicolaus Traba ist aber 1422 gestorben. Ist dieses Argument für die Zeitbestimmung des Briefes auch anfechtbar, so stimmt es doch zu den folgenden sicherern.

[2] In cod. dilecte.

[3] Eine Ermächtigung in dem hier ausgesprochenen Sinne für den Erzbischof haben wir in einer Bulle vom 8. September 1422, bei Theiner, Monumenta Poloniae II, p. 25 Nr. 31. Somit muss der Brief des Königs früher geschrieben sein.

[4] Gregor Zemblak, Metropolit von Kiew. Ueber seine Bemühungen eine Union der beiden Kirchen zu Stande zu bringen, vgl. Caro, Gesch. Pol. III,

Digitized by Google

desiderio et ardore cordis promouebat, prout s. v. et omnibus patribus sacro Constantiensi concilio presidentibus affectus et deuocio ipsius potuit apparere, (?)[1] ab hac luce est sublatus, et prohdolor iam illius sacre et desideratissime vnionis aditus, qui per ipsum faciliter fieri potuisset, et effectus eius totaliter sperabatur in laborem conuertetur. Attamen deuotio mea non tepescet, quando incepto operi quanta in reduccione Grecorum ad sinum sancte Romane ecclesie et ad obedienciam s. v. vsque quaque inherebit, confiso in omni potencia domini, quod loco istius Greg(orii) sublati de medio de alio tamquam Abraham patriarche nostra de victima providebit.

LXXIII.

Conqueritur dominus rex pape contra quendam falsarium et S., qui eum de manibus officialis eripuit manu seculari.

Beatissime pater domine clementissime! Sicut assidua impellit me deuocionis frequencia illius pestifere heresis Wiclefitarum, que virus suum letiferum in regno meo conatur effundere, vsque ad exicium perpetuo relegare, sic non minor concitat me solicitudo, ut exasperantis[2] et nephande illud scelus iniquitatis falsariorum, quod in regno nouiter meo irrepsit et tanta continuacione paciatur, ex quo tot consurgunt tam communis quam priuati boni detrimenta, non sine castigacione posse abolere et venia nisi status spiritualis, quem profitentur ipsos exciperet, quem cum omni devocione astringor revereri, | vlcionis 62a
manum nequiuissem retrahere contra ipsos. Est enim quidam de regno meo Sassinus S. contra quem alias s. v. de hac re scripsisse me recordor. Iste dum quendam de falsariis honorabilis B. officialis in consistorio ecpiscopi Plocensis super falsitate examinandum officiali reuerendi in Christo patris domini

---

440—443. — In der 4. Nowgoroder Chronik in Polnoje Sobranie ruskich letopisej IV. p. 119 sowie in andern Jahrbüchern daselbst heisst es zum J. 6927 = 1419: Toy zymie umre Grygorej mytropolyt Lytowskij na Kiewie. Das kann nun nicht genau sein, denn sonst würde Jagiello in dem Briefe an den Papst von 1420 (Dzialyński, Lites et res gestae etc. III, p. 219), wo er des Gregor Zemblak und seiner Bemühungen gedenkt, von ihm als einem Verstorbenen gesprochen haben.

[1] In cod. asperere. [2] In cod. exaspernantis.

Digitized by Google

episcopi Plocensis predicti tradidisset, in consistorium irruens cum impetu manu fulcitus seculari eripuit et extraxit velud conscius complex et socius ipsius falsitatis, sed subito debitam fuisset penam sceleris sui consecutus, nisi status spiritualis sub quo asserit se militare cui semper deferendum est ipsum excusasset. Ne igitur pater beatissime hec pestis vipra morbo hereseos quodammodo commercia amplius invalescat, supplico s. v. humiliter et devote, dignetur s. v. salutari remedio providere, vt tanta iniquitatis pernicies deleatur et pena auctoribus ipsius quam merentur pro modo culpe infligatur. Si enim in curia s. v. adhibita diligencia tales malefici examine debito scrutarentur, non ambigo posset eorum magna multitudo reperiri et dolus ac malicia ipsorum totaliter exstirpari; presertim beatissime pater ille Stephanus non transeat impunitus, qui velud auctor huius mali tam Sassinum predictum quam omnes suos huius facinoris complices post se maliciose seduxit, quando eciam dudum reuerendus in Christo pater dominus Archiepiscopus Gneznensis ad hoc agens constante de falsitate notatur et ipse est, qui a conspectu s. v. de curia metu pene cui merito subiacere debuit profugit, quamquam s. v. aresto tenetur; alia s. v. circa premissa oportuna honorabilis Jacobus, cui fidem s. v. adhibere dignetur creditiuam. Datum etc.

LXXIV.

Presentacio per commutacionem scripta est.

Reuerendo in Christo patri etc. Sbigneus de V. subiecc-
cionem debitam reuerenciam et honorem. Reuerendissime pater
domine benignissime! Ex quo honorabilis S. cupiens se salu-
62b brius exercere ecclesiam suam sancti S. | ad meam presenta-
cionem spectantem et pertinentem[1] intendat permutare pro alia
ecclesia parrochiali omnium sanctorum in N. Ideo supplico p. v.
ut dum huiusmodi ecclesiam suam in S. cum honorabili Johanne
ipsius ecclesie in O. plebano canonice recepta in manibus p. v.
ipsius resignacione commutauerit, eundem Johannem dignemini
inuestire et curam sibi in ipsa committere animarum et regnum
temporalium prout ad p. v. officium etc.

[1] In cod. spectantes et pertinentes.

Digitized by Google

LXXV.

Legacio nuncii ex parte Brande cardinalis domino regi Polonie concitando eum contra (hereticos) Bohemie facta.[1]

Serenissime princeps gloriosissime et illustrissime domine! Reuerendissimus in Christo pater et dominus dominus meus dominus Branda cardinalis Placentinus sedis apostolice legatus vester antiquus et deuotus seruitor humillime et ex toto corde se[2] maiestati vestre recommendat, qui pro tanta re vt[3] eciam visitaret maiestatem vestram quam maxime videre affectat, personaliter ad eandem s. accessisset, sed quia imminet quandam audienciam causa pie informacionis hereticorum de Bohemia tenendam in Brunna, in quo loco aut prope quem ipsum necessario oportebit tunc moram trahere causa ordinandi et dirigendi ea que ad salubrem exitum ipsius audiencie, que iudicio omnium sine ipso commode fieri non posset, propterea ex tali necessaria tam impeditus destinauit me ad maiestatem vestram non solum ex parte sui sed eciam ex parte dilectissimi in Christo patris et domini domini nostri Martini diuina prouidentia pape quinti et ex parte vniuersalis ecclesie, quam ipse sedis apostolice legatus in hac parte representat. Causa autem mee destinacionis serenissimi principes est honor omnipotentis dei domini nostri Jesu Christi, est bonum fidei catholice et sancte nostre matris ecclesie, est conseruacio societatis humane, est tandem s. v. aput deum meritum inextimabile, aput vero homines honor et gloria perpetua, quantum hec iniqua et crudelis heresis Boemie maiestatem diuinam | offendat, quemcunque errorem et scandalum 63a
tenetur in Christianitate seminare, non est opus me referre.

---

[1] Der Gesandte spricht von einer ‚in diesem Jahre' erfolgten Aussöhnung und persönlichen Zusammenkunft zwischen K. Władysław und K. Sigismund — was nur 1423 sein kann; ferner von einer mit polnischen Gesandten ‚im letzten September' getroffenen Verabredung wegen eines Husitenfeldzugs — also muss die vorliegende Gesandtschaft nach dem September 1423 vorgebracht worden sein; Cardinal Branda lässt sich in der Werbung vertreten, weil er mit den Vorbereitungen einer in Brünn abzuhaltenden Disputation beschäftigt ist; — eine solche aber sollte (vgl. ob. Nr. IV. Anm.) um Neujahr 1424 stattfinden, in welche Zeit wir somit diese Gesandtschaft zu setzen haben.

[2] Cod. si. [3] Cod. et.

Digitized by Google

Jam vbique notorium existit, quanta abhominacione et contemptu in deum perfidi heretici Boemie vsi sunt et cottidie vtantur exurendo ymagines domini nostri Jesu Christi et sanctorum suorum, demolliendo sanctas (ecclesias) et loca sancta, vbi laudatur et honoratar deus, cremando et interficiendo monachos et religiosos sacerdotesque dei ministros et alios catholicos Christianos, quicunque in manus eorum perveniunt, deviando ab institutis et preceptis sancte matris ecclesie, extra quam nemo saluari potest, immo reprobatos ritus et obseruancias ac varios errores in seduccione populi Christiani predicando, qui asserentes aliud quam sancta mater ecclesia determinauerit fatentur omnes mores nostros ipsamque catholicam ecclesiam vsque nunc errasse, quod impium est cogitare. Sunt eciam predicti heretici tante malignitatis et insolencie, (ut) serenissimo principi et illustrissimo domino domino Sigismundo diuina fauente clemencia Romanorum semper augusto Hungarie et Bohemie regi domino eorum naturali fratri vestro carissimo contra deum et iusticiam evellent, dantes perniciosum exemplum aliis regum et principum subditis et tali modo dominos suos machinetur (sic!) nisi ab huiusmodi prauitate compescantur; asserit preterea magna pars ipsorum hereticorum omnia debere esse communia nec reddendum censum tributum aut obedienciam suis superioribus, ex quo confunditur humana ciuilitas artesque et alia exercicia, quibus humanum genus regitur, per huiusmodi errores destituuntur,[1] multa alia abhominabilia perpetrant omnibus manifesta, plura vero nisi eis restituatur perpetrata[2] sunt in pernicie regum et principum et cuiuslibet aliquid possidentis. Ista est tandem eorum intencio omnia diuina et humana iura ferro igneque vastant, vnde fiet, nec reges et principes in suis regnis et do-
63b miniis nec ciues in ciuitatibus[3] | nec tandem aliqui in domibus propriis ab eorum temeritatibus reddantur securi. nec solum abhominanda heresis fidem catholicam aut ecclesiam persequitur sicud machinatur instigacione dyabolica in totum humanum genus eius iura corrip(i)enda et violanda. Quis catholicus Christianus hec et similia audiens ab intimis non doleat non ingemiscat non insurgat moriturus eciam si sit opus, ne tanta creatori nostro contumelia errogetur. Surgite, surgite, illustrissimi principes in seruicium creatoris nostri, non paciamini tantam

[1] Cod. destituntur. [2] Cod. perpetratur. [3] Cod. ciuibus.

Digitized by Google

ignominiam sibi et Christianitati inferri, adiuuate prefatum serenissimum Romanorum etc. in hoc sancto[1] negocio et ut eciam sit terror omnibus regum subditis, ne talia in dominos suos attemptent. Expectat Christianitas nunc in tempore necessitatis fructum maximum vestre sancte conuersionis. Nunc tempus est, quo omnes gentes benedicant diem illum, quo sanctum sumpsistis baptisma, in quo fidem Christianam professi estis tenere et defendere. Si aliquem pro rebus terrenis et caducis innumerabilem gentem et exercitum mouistis,[2] quanto magis nunc facere debetis pro creatore nostro pro uita eterna et beatitudine. Quanto triumpho quanta gloria sublimabitur persona vestra, si hec heresis, quam multi vsque huc extirpare temptant, vestro a brachio et adiutorio tandem exterminetur et per vestras manus finis tanto malo imponatur etc. Licet quilibet autem Christianus fidelis ad hereses persequendas obligetur, principaliter tamen reges et principes, quibus gladius temporalis adeo concessus est ad laudem bonorum vindictam vero malorum. Cum autem vos et vestri similes ad iusticiam ministrandam deus preferat, maiorem iusticiam facere non potestis, ut omnipotenti deo illud, quod proprium eius est, videlicet honorem et cultum debitum pro viribus exhiberi faciatis et quod eius sanctam ecclesiam et catholicos Christianos iniuriis et violenciis protegatis. Propterea benignissime princeps, prefatus reuerendus dominus meus dominus cardinalis nomine vniuersalis ecclesie v. s. hoc monet et requirit | et per viscera misericordie dei 64a
nostri obsecrat et circumspecto[3] et legacionis officio tamquam vester fidelis et pecularis amicus et seruitor pro honore[4] et debito vestro consulit et persuadet, ut ad predictam heresim extorquendam totis viribus insurgere velitis et sanctam matrem ecclesiam ab huiusmodi persequcione defendere, ad quod quibus pluribus racionibus tenemini, tum quia fidelis Christianus non quia rex perfectissimus tum quia regno Bohemie finitimus et propinquus tum quia in rebus bellicis multum instructus et informatus et ad predictam heresim delendam valde ydoneus etc.

Quod autem s. v. predictam heresim persequi intendat, prefatus reuerendissimus dominus meus firmissimam spem habet attenta summa devocione, quam fidei katholice semper ostenditis et feruenti zelo, quem continue habetis in ampliando et

[1] Cod. facto. [2] Cod. nouistis. [3] Cod. circumspectus. [4] Cod. homine.

Digitized by Google

augendo nomine Christiano, attenta reconciliacione fraterni amoris hoc anno renouata[1] s. v. et fatum dominum dominum Romanorum regem, in quo per spiritus sancti graciam conuenistis, personaliter cum vestris potenciis intrare Boemiam in dictorum hereticorum exterminium, attento eciam quod que prodeunt de labiis non faciatis irrito, sed ea cum omni claritate soletis execucioni demandare. Ne tamen consideratis hiis, que (ab) ambasiatoribus vestre s., magnifico viro marschalko regni vestri et venerabili viro domino preposito Calissiensi hic presentibus, coram s. v. proximo Septembri acta et conclusa sunt per prefatos serenissimum dominum Romanorum (regem) et reuerendissimum dominum meum, nisi cum dicti ambasiatores allegarent causam, quare s. v. et illustrissimus frater vester dominus Wy(tol)dus magnus dux Litwanie proxima estate exercitum in Bohemiam non duxerint videlicet propter terminum illum prorogatum ad festum sancti Jacobi non aptum gentibus vestris ad exercitandum ex eo, quod esset nimis in fine estatis, quo tempore non inueniebantur necessaria pro castrametantibus et quod s. v. et dicti magni ducis celsitudo solebant in quemcunque locum acce-
64b derent cum honore et expedicione | redire, subiungendo pluries, quod si s. v. et eius celsitudini statueretur terminus conueniens et aptus, ad hoc eratis parati toto posse vestro contra dictos hereticos venire, propterea prefati serenissimus princeps dominus rex Romanorum et reuerendissimus dominus meus cum eisdem ambasiatoribus concluserunt, quod s. v. et dicti magni ducis celsitudo haberent hanc facultatem statuendi eis terminum quemcunque vobis gratum et convenientem intimandum quanto citius posset fieri prefatis S. regi Romanorum et reuerendissimo domino meo, ut possent huiusmodi terminum notificare sanctissimo domino nostro pape ac reuerendissimis patribus et illustribus dominis sacri Romani imperii rectoribus aliisque principibus dominis et communitatibus et ceteris, ut possent se ad dictum exercicium parare uel alium subsidium prestare, de cuius termini prefixione adhuc certum responsum non est habitum, quod prefatus reuerendissimus dominus meus ex aliqua racionabili causa factum esse existimat.

Cum autem, serenissime princeps, vsque ad estatem sit breue tempus et necessarium sit volentibus castrametari habere

[1] Cod. reuocauerit.

Digitized by Google

spacium preparandi se de oportunis ad bellum et de variis ac longinquis partibus sint homines vocandi ad huiusmodi exercicium et nihil aliud expectare nisi vt v. s. dictum terminum statuare videtur prefato reuerendissimo domino meo et omnibus fidei zelum habentibus non vlterius diferendum, quia quelibet modica prorogacio potest impedire exercitum future estatis et turbare tantum bonum, quemadmodum factum est predicta estate. Ideo cum omni instancia et toto mentis affectu prefatus reuerendissimus dominus meus orat supplicat ac obsecrat, ut iam sine vlteriori mora s. v. pro vestro debito et honore dictum terminum, quo velit esse hoc anno personaliter in Bohemia constituta, dignetur statuere et ipsum prefatis S(igismundo) domino regi Romanorum et reuerendissimo domino meo insinuare, ut notificari possit prefato sanctissimo domino nostro pape, qui tam ecclesiasticas quam seculares personas ad hoc sanctum opus hortetur et inducat. Et ipse S(igismundus) dominus Romanorum imperiali auctoritate possit subditos et fideles ad dictum terminum, ut in Bohemiam veniant, requirere, ut alia instrumenta preparari possint, que sunt necessaria ad castrametandum. Supplicat eciam | prefatus reuerendissimus dominus meus ex 65a
habundancia cordis non quidem, quod sit necessarium de hoc s. v. admonere, ut in dicto termino eadem maiestas ut sui moris est cum tali potencia et tali proposito in Bohemiam accedat, ut proxima estate finem et expedicionem huic abhominabili heresi valeat imponere. Ex quo s. v. aput omnipotentem deum meritum inextimabilem et beatitudinem eternam, aput homines vero immortalem gloriam et honorem consequetur obligabitque sibi et suis posteris perpetuo pro tanto bono sanctam Romanam ecclesiam sacrum Romanum imperium et totam denique Christianitatem etc.

Hec eadem, s(erenissime) p(rinceps), que s. v. exposui, ipse reuerendus dominus meus[1] mihi inunxit, ut similiter prefato illustrissimo fratri vestro deberem explicare, ad quem si necesse fuerit et maiestas vestra mihi mandauerit sine mora iter arripiam.

---

[1] Cod. manum, oder allenfalls: in animum.

Digitized by Google

LXXVI.

Saluus conductus datus Bohemis pro audiencia per d(ominos) Polonie et Hungarie reges.[1]

Wladislaus etc. Significamus etc. quod cum a serenissimo principi domino Sigismundo Romanorum etc. recepimus potestatem audienciam Bohemis si sue contrariis (?)[2] pro qua apud s. suam promocionibus nostris cum oportunitate ardua instiuerunt vtiliter comportandum, omnibus et singulis hominibus tam spiritualibus quam secularibus in quocunque statu, gradu uel eminencia existentibus ad nos uel ad loca quecunque ipsis pro huiusmodi audiencia deputata uel deputanda ad tractandam pacem vnionem et reduccionem ipsorum venire volentibus veram, puram et Christianitatis securitatem et saluum conductum damus, concedimus et largimur pollicentes bona fide tam pro ipso domino Sigismundo Romanorum rege etc. quam pro nobis et vtriusque nostris subditis omnibus et ceteris nostris extraneis causa nostri facientibus uel dimittentibus hanc nostram securitatem et saluum conductum nostrum tenere, seruare, attendere, custodire fideliter et tutare, vt ipsis et cuilibet illorum libera et secura subsistat facultas per terras et loca prefato domino Sigismundo et nobis subyecta cum rebus et comitaticia ipsorum absque impedimento, detencione, arestacione et offensa transeundi et in locis audiencie prefate standi, morandi, tractandi et ipsorum negocia dispo-
65 b nendi, concludendi nec non saluis | rebus et personis ad propria siue dispositis siue non huiusmodi negociis redeundi incipiendo a festo Pentecoste proximo et vsque tantisper, quo hec negocia sub certo termino remanebunt aut fine debito concludentur. Ne autem aliquid de potestate nostra contingat dubitare, presentibus de verbo ad verbum huiusmodi potestatem inserimus, cuius tenor sequitur et est talis: Sigismundus etc. notum facimus tenore presencium vniuersis presentes litteras inspecturis, quod cum summe compassionis aculeo cor nostrum ingenter sauciatum sentiamus pestiferam sectam in Bohemia subortam, quod dolenter referimus, plurimum recensentes paterno zelo Bohemorum infidelium et hereticorum reduccionem affectamus, qualiter fidei

[1] Vgl. Nr. LXXVII Abschnitt I der Antwort K. Sigismunds auf die Legation.
[2] So im Cod.

Digitized by Google

catholice et vnioni sancte matris ecclesie possent reveniri, verum ex his et aliis causis animum nostrum inducentibus de serenissimi principis domini Wladislai regis Polonie fratris nostri carissimi pura et sincera caritate ac fraterna dilectione, quibus nos prosequimur, plenam et indubitatam fiduciam obtinentes quodque sue fraternitati multum valere et ydoneum fore conspicimus ad prefatorum Bohemorum reduccionem operandum, ad cuius negocii consumacionem et prosecucionem nostrum saluumconductum credimus fore oportunum, ne per defectum nostri salui conductus huiusmodi tractatus et practica aliqualiter dirimatur, ideo non per errorem aut improuide sed matura deliberacione prehabita sano eciam fidelium nostrorum accedente consilio et de certa nostra sciencia omnibus tam nuncciis, qui ea de causa per serenissimum fratrem nostrum predictum ad Bohemiam mittentur, quam eciam Bohemis quibuscunque et quotcunque in numero fuerint cuiuscunque status, gradus et condicionis existant, tam spiritualibus quam secularibus personis, qui ad predictum serenissimum fratrem nostrum in eodem negocio de Bohemia dirigentur, et quibus frater noster carissimus predictus suum saluumconductum dederit, tenore presencium concedimus et damus ad predictum fratrem nostrum veniendi, secum standi, morandi, agendi et tractandi ac ad propria reuertendi saluis rebus et personis promittentes prefatis Bohemis, supradicti serenissimi fratris nostri regis Polonie saluumconductum in tanto vigore et robore conseruare, acsi per nos traditus fuisset et concessus presencium sub nostri regalis sigilli appensione testimonio litterarum. Datum in castro | nostro Dyessur (sic!) feria 66a
sexta ante Ambrosii etc. XXXIIII regnorum nostrorum etc. — Quapropter omnibus et singulis subditis prefati domini Sigismundi vigore potestatis nobis tradite nostris et aliis ipsius et nostri pariter causa facere volentibus et dimittentibus committimus et mandamus, quatenus nuncios, procuratores, gestores et alios negociorum huiusmodi reduccionis tractatores siue de Bohemia siue ad Bohemiam transeuntes tociens, quociens fuerit oportunum, nullatenus arestare, impedire, molestare, conturbare uel quibusuis iniuriis afficere presumatis uel affici permittatis gracie regie sub optentu. Datum in Rwadra (!?) post ramis palmarum XXIIII.

Digitized by Google

LXXVII.

Responsum domini regis Romanorum ad legacionem domini regis Polonie.[1]

Magnifici et venerabilis viri et domini Mosticius castellanus Poznaniensis et Ladislaus decretorum doctor ambasiatores serenissimi domini regis Polonie porrexerunt serenissimo domino nostro regi Romanorum cedulam infrascripti tenoris.

Serenissime princeps rex inuictissime et domine graciosissime, in effectu et vt videtur nunccii Bohemorum[2] petunt, ut detur eis audiencia, que[3] ipsis alias ut asseruerunt coram serenissimo domino nostro rege Polonie fuit et est denegata, et quam petunt in aliquo locorum ipsis subyecto et signanter in aliquo horum videlicet in Vinczow aut Cremsis assignantes causam, quia in locis subiectis domino Romanorum regi securum et necessarium saluum conductum habere non potuerunt ad audienciam predictam, et afferunt omnibus venire stare, tractare etc. ac redire volentibus in predictis locis uel altero ipsorum saluosconductus sufficientissimos sub quacunque forma verborum et robore fuerint concepti, eciam si opus fuerit exhibent obsides pro maiori securitate, quam audienciam cum habuerint parati sunt audire auditores et si quid ex ewangelio et scripturis sanctorum patrum contra eos aut errorem ipsorum doctum
66b seu diffinitum fuerit, emendacionem | volunt suscipere condignam, volunt tamen quod ipsorum magistri et alii viri docti in predicta audiencia audiantur.

Ad primam partem peticionis dictorum Bohemorum nunccionum videlicet, ut detur eis audiencia, quam dicunt alias eis fuisse denegatam, respondetur, quod huiusmodi audiencia non videtur ipsis concedenda, quia nullus bonus fructus potest ex ea sperari ymo contrarium, prout plene dicetur respondendo ad quartam partem, et cum dicunt fuisse eis audienciam denegatam mentiuntur. Primo enim habuerunt in Bohemia ad pacem prope Pragam, cum serenissimus dominus noster Romanorum rex misit

[1] Die bestimmten Anhaltspunkte rücksichtlich der Zeit dieser Legation finden sich in dem Abschnitt ‚ad quartam partem', und setzen es ausser Zweifel, dass sie in die Zeit zwischen Pfingsten und Johannis 1424 fallen muss.
[2] Im Cod. Romanorum. [3] quos im Cod.

Digitized by Google

reuerendum patrem dominum patriarcham Aquiliensem et venerabiles viros dominos Petrum Paulum sacre pagine magistrum ac iuris vtriusque doctorem et magistrum Martinum etc. et alios plures, a quibus habuerunt audienciam quantam voluerunt. Secundo habuerunt eciam in Cracouia coram dominis prelatis, baronibus regni Polonie ac magistris et doctoribus vniuersitatis Cracouie.[1] Tercio serenissimus dominus rex Polonie estate proxima requisiuit serenissimum dominum regem Romanorum de tractatu reduccionis ipsorum hereticorum, et ipse dominus rex Romanorum ad hoc se promptum et paratum obtulit et propter hanc causam iuit Pragam quidam Barth . . . secretarius illustrissimi domini magni ducis Lithwanie, vt ipsi serenissimo domino regi Polonie de hoc constat, et postea venerunt duo barones Bohemie domini Johannes et Puotha[2] pro audiencia iterato habenda dantes spem, quod in festo sancti Martini aut ad plus sancti Andree dicta audiencia fieret; postea ad eorundem hereticorum instanciam fuit prorogata ad festum circumcisionis, racione cuius audiencie miserunt vnam formam saluiconductus, qui taliter ut petebatur nullo modo poterat concedi, quia volebant, quod layci indicarent et quod deterius est, quod laici ydiote in tam arduo negocio sicut est fidei. Nam et si oriretur contencio in aliqua sciencia numquid eligerent milites ad diffiniendum, an docti et experti in illa arte, ergo multo magis in negocio fidei, cuius tamen iudicium ad solum papam seu ecclesiam pertinet, vnde fuit missa eis forma cuiusdam saluiconductus plenissimi et conformis sui quantum ad omnimodam securitatem personarum et rerum, que fuit concepta eciam de consilio dictorum Johannis et Puothe et omnium Bohemorum et aliorum | peritorum apud serenissimum dominum regem Roma- 67a
norum tunc existencium, pro cuius saluiconductus promissione uel obseruacione fuit missum ad prefatum serenissimum dominum regem Polonie, qui predictum ex promissione in forma petita miserat.[3] Attamen eciam postea fuit, quod dicta audiencia non protenderetur vltra festum purificacionis, postea ipsi

[1] Eine sehr merkwürdige Notiz, denn von einer Disputation in Angelegenheit der Husiten an der Krakauer Universität vor dem Jahre 1431 ist bisher Nichts bekannt gewesen. Weiter unten in diesem Schriftstück ist noch mehr von jener Disputation die Rede.

[2] Johann von Opočno und Puta von Častolovič s. ob. Nr. IV.

[3] Oben Nr. LXXVI.

Digitized by Google

heretici nullatenus ipsam formam acceptantes remiserunt formam alterius saluiconductus, quam petebant eciam sub deteriori forma et vsque ad festum Pentecoste. Itaque aperte mentiuntur dicendo audienciam fuisse eis denegatam, et prefatus serenissimus dominus rex Polonie fuit requisitus per prefatum serenissimum dominum regem Romanorum, quod aliquos magistros et doctores ad ipsam audienciam mitteret, super quo prebuit diligentem operam vt sibi constat.

Ad secundam partem: quando petunt audienciam in aliquo locorum ipsis subiecto, quia in locis subiectis serenissimo domino regi Romanorum non potuerunt habere securum et necessarium saluumconductum ad ipsam audienciam, respondetur, quod hec esset magna iniuria catholice ecclesie heretici essent melioris condicionis vt videlicet in loco eis subiecto audiencia teneretur et non in loco catholicorum, vnde ipsimet forte hoc alias considerantes petierunt dictam audienciam in altero de tribus locis, Voratis(lavia) videlicet, Olomuncia aut Brunna, que sunt loca fidelium, et fuit condictum cum predictis duobus baronibus de Brunna, et illi heretici visi sunt remanere contenti, vt apparet ex forma saluiconductus, in quo ponebatur per expressum de accedendo ad Brunnam. Item nemo catholicus valet sub saluoconductu hereticorum accedere in manus ipsorum, qui cum non seruent fidem parentum suorum, quam in baptismo receperunt, nec seruant fidem deo, quomodo seruabunt hominibus? Et cum dicunt, quod in terris subiectis serenissimo domino regi Romanorum non potuerunt habere saluum conductum etc. mentiuntur eciam, ut apparet ex forma predicti salui conductus serenissimi domini Romanorum regis eis destinati et ex promissionis petita et obtenta a prefato serenissimo domino rege Polonie,
67b qui certe saluus conductus erat ita plene et plenissimus, | quantum dici et cogitari posset, et vnusquisque illum inspiciens potest aperte hoc iudicare, vnde ex huiusmodi mendaciis appareret, quod predicti heretici petunt ipsam audienciam ad alium finem quam dicant.

Ad terciam partem: quod volunt dare saluos conductus illuc accedentibus etc. respondetur ut supra proxime, quia nemo catholicus eis se committeret, et cum dicunt, quod sub quacunque forma verborum etc. volunt condere saluum conductum, requirendi essent, an velint stare determinacioni et iudicio ecclesie seu acrius vniuersitatis ecclesie. Nam creditur quod nulla-

Digitized by Google

tenus velint, si forte melius inspirati hoc vellent, pro deo firment hoc et tunc omnia bene. Quum autem dicunt de obsidibus magnum tempus elaberetur in eligendo huiusmodi obsides et in facienda collacione euncium ad dictam audienciam et obsidum recipiendorum, et haberent ex hoc, quod intendunt, videlicet tempus perdere inaniter in graue preiudicium fidei.

Ad quartam partem cum dicunt, quod in dicta audiencia, si eam habuerint, sunt parati audire auditores et quid ex ewangelio et ex scripturis sanctorum patrum fuerit contra eos dictum seu diffinitum etc. respondetur, quod huiusmodi audiencia, si taliter fieret, esset vna contencio et non aliud et foret frustratoria sine aliquo fructu, quia catholici dicunt vnum, heretici aliud; quis tunc erit iudex? si nos voluerimus dare nostros iudices sicut debemus illi nollent, si illi suos, nos nollemus sicut nec debemus et frustra; et cum dicunt si fuerit contra eos doctum seu diffinitum, quis dicet se doctum, quis diffiniat, timendum est, ne sint tante pertinacie, vt pocius confidant nos docere quam doceri, quemadmodum dixerunt in audiencia prehabita Cracovie, quia cum confundentur per catholicos, dixerunt quod venerant informare et non informari. Ex predictis apparet, quod istam audienciam petunt maxime ad impediendum exercitum, quem in proxima estate timent parari contra ipsos et si bonum hoc negocium masticetur et commensuretur | tempus, nullo modo potest ista audiencia quin effluxerit festum sancti Johannis 68a baptiste. Consideretur enim tempus in reditu prefatorum dominorum ambasiatorum ad serenissimum dominum regem Polonie et in reditu dictorum nunciorum Bohemorum ad Bohemiam, et postquam redierunt in conuencione dominorum baronum[1] nobilium et clientum ciuitatum et communitatum munitatum regni Bohemie, ex parte quorum ipsi nuncii dicunt se missos, quia oportebat, antequam respondeant, quod statuant vnam dietam, sicut alias fecerunt, proximo autumpno primo in Colonia[2] deinde in Praga; item tempus in respondendo per eos serenissimo domino regi Polonie et postea per eum serenissimo

[1] Im Cod: apostolicum (?).

[2] d. i. Kolin; die dortige Disputation fand im September 1423 statt, und dort wurde beschlossen, einen grossen Landtag am 16. October, dem St. Galli-Tage in Prag abzuhalten. Palacky, Gesch. v. Böhmen III. 2. p. 340 f.

Digitized by Google

domino regi Romanorum; item tempus in congregando modum et ordinem audiencie tenende; item tempus in congregando magistros doctores vtriusque partis, nam ipsi alias volebant saltem quattuor ebdomas, antequam veniant ad locum audiencie; item tempus postquam ventum fuerit ad locum antequam res perficiatur, et bene est considerandum, quod predicti heretici omnia, quanto morosius et longius poterant, protelabunt, vt sic elabatur tempus exercituandi contra ipsos, et reducatur ad memoriam, quomodo sciuerunt potrahere proximum autumpnum et hyemem in tractu huiusmodi audiencie. Primo enim ut supra data est spes in festo sancti Martini et ad plus sancti Andree, postea ad festum circumcisionis, postea purificacionis, postea medium quadragesime, deinde Pentecoste, preterea et maxime supra omnia est aduertendum, quia ibidem sine iudice esset frustratoria contencio non fructuosa audiencia ut supra, et sic tempus in cassum verteretur non sine graui preiudicio et ignominia tocius Christianitatis, omnia bene ponderentur per serenissimum dominum regem Polonie et dominos Polonos, ipsimet dicent huiusmodi audienciam non esse concedendam tam invtiliter et quod ipsi heretici euidenter mentiuntur.

Non tamen denegatur, quin per quemcunque modum possent reduci, debeat eorum reduccio admitti, et vtinam iam esset in foribus, verum quia pre ceteris prefatus serenissimus dominus rex Polonie tam ex affeccione, quam habet ad ecclesiam catholicam quam eciam ad fraternitatem ipsius serenissimi domini regis Romanorum et ex confidencia, quam illi heretici videntur ad s. ipsius domini regis Polonie gerere, habilior esse
68b censetur | ad tractandam reduccionem ipsorum, pro qua nullatenus laborem nec expensam recusaret, conetur totis viribus ad hoc laborare, vt reducantur ad fidem katholicam, cum eciam ipse solus totum quod voluerit tam per ecclesiam quam per ipsum dominum regem Romanorum post reduccionem illis fieri obtinebit facilius quam quis alius, et de hoc prefatus serenissimus dominus rex Romanorum et reuerendus dominus cardinalis Placentius pro sola ista causa fidei a latere sanctissimi domini N. (sic!) pape legatus sue maiestati dant plenam fidem, quod ita facient, et si pro ista reduccione necessarius foret aliquis saluus conductus, concedetur prout fuerit petitus a prefato domino rege Romanorum tam pro eundo ad Cracouiam quam

Digitized by Google

ad aliam terram eciam sub dicione domini regis Romanorum positam etc.

LXXVIII.

Alter saluus conductus.[1]

Sigismundus nobili Puothe et aliis baronibus militibus clientibus et ciuitatibus regni nostri Bohemie fidelibus nostris dilectis graciam regiam et omne bonum. Nobiles etc. Quia serenissimus princeps dominus Wladislaus rex Polonie etc. frater noster carissimus pro reducendis Wiclefitis nititur conatus suos extendere, ad cuius negocii[2] prosecucionem ipsius nunccios plerumque per vestri medium continget pertransire, ideo vobis omnibus et vestrum cuilibet firmiter precipimus et mandamus, quatenus nunccios prefati fratris nostri carissimi domini regis Polonie, qui cum litteris salui conductus sue fraternitatis ad vestri medium peruenerint, tam ipsos quam Bohemos, quos de Bohemia propter predicti negocii expedicionem secum duxerint, per vestra dominia et loca transire stare et redire libere permittatis prouidentes ipsis, quociens opus fuerit, de securo et saluo conductu in eo nobis singulariter placituri. Datum etc.

LXXIX.

A consilio ad regem super suscepcione regis Dacie et honorifica pertractacione.[3]

Serenissimo[4] principi etc. Serenissimus princeps dominus rex Dacie illustris frater vester feria secunda ingressus est Cracoviam baronibus vestris videlicet Mathia | de Labischin[5] 69a
etc. ipsum comitantibus. Ego vero palatinus Cracovie[6] adhuc sibi in Scala veni in occursum et licet aduentum ipsius paucis diebus ex scriptis v. s. quibusdam ante ingressum suum presciuimus et nullus alius de hoc nos auisasset, tamen cum decenti honore est susceptus. Nam mox ut ipsius presensimus

[1] Ausgestellt um Neujahr 1424. vgl. Nr. LXXVII. [2] Cod. negocium.
[3] Vgl. oben Nr. LXIV. [4] Cod. serenissimi.
[5] Mathias de Labiszyn war damals Palatin von Kujawien.
[6] War Jaśko von Tarnow Tęczyński.

Digitized by Google

adnentum, litteris vestris regiis milites et nobiles v. s. familiares et terrigenas fecimus conuocare et cum ipsis ac aliis nostris amicis et famulis ac cum ciuibus Cracovie longe ante Cracoviam in obuiam ipsius s. eximimus et vsque ad hospicium cum magna hominum frequencia et reuerencia conduximus. Et priusquam intrasset ciuitatem, per capitaneum Cracovie aliquot diebus in hospicio suo vina cum aliis potibus electis nec non ferinis recentibus nondum spoliatis pellibus et aliis discoriatis ceteraque necessaria esculentorum et poculentorum in magna copia fuere preparata, tamen ea quamquam rogatus instantissime per nos recusauit recipere et omnia dimisit intacta nec voluit aliqualiter illis vti, verum tunc per serenissimam dominam reginam consortem vestram carissimam dominam meam graciosissimam vna die et alia per reuerendum in Christo patrem dominum S(bigneum)[1] ad prandia cum tota comitatitia sua fuit inuitatus et vtrobique magnifice honoratus ita, quod magnas retulit graciarum acciones domine regine et domino episcopo predictis prot anta reuerencia et honore exhibitis, et reuera sub nupciis domini Johannis Glewacz[2] tunc celebratis pro aduentu suo grata se optulit commoditas. Nam tunc dominarum et virginum ac virorum nobilium magna confluxerat multitudo ornatibus et amictu sufficienti redimita, que dominam reginam continue est comitata; deinde prima et secunda die hastiludia, coree et alie solempnitates ludorum et exercicia in presencia sui continuata fuerunt, et in magnam sibi curialitatem cesserunt: deinde cum serenissima domina regina predicta gratissime et habitis mutuis colloquiis s. sue iugiter de honoribus tantis et beninolencia sibi tam sincero affectu prestitis et impensis cum humili
69b deposicione genuum est regraciatus. | Cum autem sepius regraciaretur, quasi in vim cuiusdam vicissitudinis obtulit se venturum ad coronacionem domine regine nunc instantem et tali vsus est verborum sentencia: Serenissima domina regina et soror mea carissima, coronacioni vestre quam estis susceptura domino propicio ad decorem et honorem culminis vestri, quo dignatus est altissimus v. s. personam visitare, quibus ex inti-

[1] Dass Zbygniew Oleśnicki der Bischof von Krakau gemeint ist, geht aus einer unten folgenden Stelle hervor.

[2] Jan Głowacz von Oleśnica war später Reichsmarschall. Inv. arch. Crac. p. 239.

Digitized by Google

mis congaudeo affectibus, grato animo interessem, si me alique res preardue, quas spero mihi occurrere et earum ineuitabilis necessitas preterirent, et si idipsum domino meo prestantissimo et fratri carissimo domino regi consorti vestro serenissimo et hec mea oblacio et affectus caderent ad gratum. Cum autem domina regina post finem oracionis sue subticuisset paulisper et ad nos se conuertens pro se responsa nostra expectaret, significauimus sue claritati, vt ipsum alloqui dignaretur et sibi s. v. et sua desideria apperiret. Et sic tunc ipsum allocuta est: Serenissime rex, de principis tanti presencia si nostris contingerit vos adesse solaciis, singulari exultacione ganderem et dominus meus rex coniux meus carissimus speciali refloreret gaudio. Et tandem humiliter se inclinans et genua ponens ad terram regalia obtulit se coronacioni omnino interesse, dummodo sibi nullum occurreret impedimentum, quo posset a suo proposito reuocari, et ex tunc paucis interpositis aliis sermonibus me palatinum Cracovie accessit et quibusdam verbis premissis dixit: Me, domine palatine! Notaui quod presencia mea et aduentus ad coronacionem domine regine non esset acceptus, ex quo post oblacionem meam nihil respondens visa est subticere et quasi redderet se oblacioni mee ingratam, et tunc in excusacionem domine regine sic sue s. est responsum: Serenissime domine rex, domina regina et dominus noster graciosissimus rex et nos omnes sumus contentissimi, vt v. s. coronacionis predicte solempnitati intersit, ex cuius presencia magis posset esse decora. Nec v. s. suspicionem aliquam in dominam reginam ex illa intermissione paucula vocis conuertat, cum hoc non ex dissimulacione sed accidit ex virtute. Iniunxit enim s. sue et persuasit dominus noster rex, vt nichil absque nostro consilio tamquam consiliariorum suorum ageret, et | proinde 70a nos consultura se cum illa pausa modica ad nos conuertit. Post hoc autem rex predictus animum recepit meliorem et laudat in dicta domina regina hanc obediencie virtutem, quod iussibus vestris regiis taliter est intenta, et adiunxit: Ita quidem et ego regine mee in recessu demandaui, vt in omnibus rebus consilio baronum meorum vteretur et nichil preter eorum facere voluntatem. Tandem domina ipsum iterum cum maiori exhibicione et propensiore precatu, ipse vero iterum se obtulit et promisit interesse cessantibus impedimentis predictis petiuitque dominam reginam, vt capitaneis regni committere dignaretur, quatenus

Digitized by Google

res cum curribus, quas de Poznania ad regnum suum viceuersa reducere decreuerat, sub ipsorum securitate vsque Cracoviam ducerentur. Heri vero prandio facto in hospicio ascendit castrum a domina regina recepturus licenciam recedendi et ibi magnis gratibus de tantis honoribus et legalitate datis cum reuerencia et humilitate domine regine valedixit et in comitaticia sua nec non vestrorum baronum, militum et nobilium vestrorum, quorum fuit hic non pauca multitudo, iturus Hungariam in Weliczkam ad noctem recessit, quo ipsum multi milites et nobiles sunt secuti. Datum feria VI. in octava Agnetis [1424].

LXXX.

A rege ad dominum Wi(tol)dum.

Preclare princeps illustris frater etc. Noverit v. s. quomodo heri hoc est ipso die sancti M.[1] cum serenissimo principi domino Erico rege Dacie per vnum miliare vltra Bochnia in campo[2] conuenimus ipsumque, vt decuit, suscepimus in caritate fraterna, quem cum ad ciuitatem reduximus, in domibus nostris locauimus. Inprimis serenissime domine Zop(hie) omnibusque et singulis baronibus clientibus et regni nostri incolis immensas retulit graciarum acciones de magnificencia et honore pro parte nostra nobis absentibus sibi exhibitis et impensis[3] se et sua gratuite offerens ad omnia nostra beneplacita et mandata ad que sua possibilitas se extendit. Cui respondimus, quod pro honore suo parati complacere sumus et fuimus, non tantum in hiis modicis honoribus per prefatam consortem nostram et regni
70b nostri subditos sibi exhibitis sed maioribus, quibus sciremus | et possemus. Qui cum per prefatam nostram consortem ad solempnitatem sue coronacionis fuisset studiose inuitatus, se pro-

[1] Die Krönungsfeier, von der in diesem Briefe noch als bevorstehend gesprochen wird, fand den 5. März 1424 statt. Am 17. Februar war Erich noch in Ofen. Der einzige hervorragende Kalenderheilige, von denen, die in den zwischenliegenden Tagen verehrt wurden, der mit M. beginnt ist Matthias (der 25. Februar i. J. 1424); also ist der vorstehende Bericht am 26. Februar 1424 abgefasst.

[2] Nach Dlugosz H. P. XI, 474, der hier sehr genau ist, in villagio Brzeznicza.

[3] S. die vorhergehende Nr. LXXIX.

Digitized by Google

tunc obtulit solempnitati predicte interesse ipsamque in omnibus sibi possibilibus et honorare, dum a rege Romanorum reuerteretur feliciter, quem tunc visitare proponebat, apud quem dum fuisset scito et intellecto, quomodo prefatus rex Romanorum ad solempnitatem predicte coronacionis per nunccios et litteras nostras pro consolacione nostra et festi solempnitatis consortis nostre predicte honore fuisset inuitatus, apud s. s. institit, vt votis nostris annueret ac nostre affectuose volantati in veniendo ad nos complaceret, qui quamuis arduis regni sui fuisset ut asseruit occupatus negociis, tamen ad suas instantes peticiones in L . . . . .[1] ad metas sui regni accessit volens satisfacere votis suis atque nostris nosque et hanc solempnitatem coronacionis consortis nostre honorare, dummodo circa suum aduentum prouideremus id, quod sui et nostri foret honoris. Ad quod sibi respondimus in effectu, quod omnem magnificenciam commodum et honorem non tantum in hoc aduentu quinymo in omni casu se offerente parati sumus s. s. exhibere et, nisi esset hec baronum clientum et pro maiori parte regni nostri terrigenarum, quam pro die dominico proxime venturo in Cracovia indiximus conuencio, que nostrum et s. sue bonum concernit negocia et honorem, ad suscipiendum s. s. quanto vlterius possemus libentissime transiremus. Sue ergo s. et fraternitati supplicamus, quatenus considerata hac necessitate nostra contractuum in predicta conuencione fiendorum et maxime, ne forte nostra absencia predictis nostris generet tedium et grauamen, quos ex post ita de facili, si forte eos ad propria redire contingeret, non possemus conuocare, ipse ut incepit instet apud s. s., vt illam voluntatem, quam ad peticiones nostras et suas instantes habet et habuit, ad effectum deducat, vt scilicet venire dignetur pro nostra consolacione singulari. Nosque taliter circa dictam conuencionem et ipsius tractatus occupati mittemus de nostro consilio nunccios honorabiles pro sua s. suscipienda atque conducenda, et nihilominus tractatibus in predicta conuencione expeditis in propria persona in obuium s. s. | quanto vlterius poterimus procedemus. In hoc ergo sua voluntas recedit, quod pro adducendo rege Romanorum predicto solus vadit dehinc propria in persona. Cui iunximus reuerendum in Christo 71a

[1] Leutzschau? Nach Dlugosz a. a. O. müsste man annehmen Schramowice.

Digitized by Google

patrem etc.[1] sincere nobis dilectos, qui in obuiam ad suscipiendum ipsum vadunt cum rege Dacie predicto; verum serenissime princeps, antequam de mittendis istis nunciis in obvium regi Romanorum conclusum fuisset, cuius articuli responsio propter continuacionem primitus est descripta, prefatus dux[2] Dacie per hec verba uel similia nos et nostrum consilium est allocutus: Serenissime princeps frater et domine carissime! Reduco[3] s. v. ad memoriam, quomodo alias inter nepotem meum ducem Pomeranie et s. v. filiam sponsalia fuerunt contracta per s. v. nuncios et meos speciales, de quo ego semper habui consolacionem specialem, quo stante serenissimus dominus rex Romanorum frater meus et vester mihi intimauit, quomodo cum eadem v. s. secum in Hungaria fuisset constituta, inter cetera doluit rex Hungarie predictus, quod iterata sponsalia inter filium marchionis Brandenburgensis et s. v. filiam sunt contracta, asserens, quomodo pro filie s. v. statu et honore teneatur consulere et vellet, quod is inter prefatum filium marchionis rescinderetur contractus, primusque inter nepotem regis Dacie sorciatur effectum. Cui regi H(ungarie) prout dicit dedissemus potestatem de filia nostra, propter quod, si venirem cum nepote meo prefato, non dubitaret, quod, ipso operante predicta sponsalia ad effectum et consumacionem deuenirent. In spem ergo contractus inter nepotem meum et s. v. filiam per nuncios nostros facti et regis Romanorum intimata mihi per ipsum aliquo modo finem posset accipere, qui respondit, quod ex potestate per nos sibi tradita sue fuit et est voluntatis, quod predicta sponsalia consumentur. Consuluit tamen mihi, quod super his s. v. omnibus accederem et debitum honorem impendam. Veni ergo, serenissime princeps, volens scire, an contractus predictus et regis Romanorum intimata finem optatum per me debeat habere et effectum. Ad quod sibi respondimus, quod nostre consuetudinis non erat absque consilio preclari principis ducis magni fratris nostri et aliorum principum et baronum ad negocia gravis importancie,
71b prout ista sunt, dare | responsa nec occurrit nobis pro hac uice, quod talem potestatem prefato fratri nostro regi Romanorum de

[1] Nach Długosz a. a. O. begleiteten den K. Erich behufs Einholung des Kaisers Zbygniew Oleśnicki der Bischof v. Krakau u. Zbygniew von Brzezie der Reichsmarschall.

[2] Oder dominus.

[3] Vgl. oben Nr. I.

Digitized by Google

filia nostra dedissemus. Attamen postquam cum prefato fratre nostro et aliis principibus et baronibus consilium habuerimus, vobis super his racionabile dabimus responsum. Postquam autem prefata fuisset peracta et consumata, venit die hesterna episcopus Lubucensis cum litteris [1] ex parte electorum imperii nobis destinatis, quarum copias v. f. dirigimus presentibus interclusis, vltra quas quidem litteras vigore credencie ex parte prefatorum electorum coram nobis perorauit, quomodo prefati electores imperii veridice intellexissent, quod dominus rex Dacie inter ceteras causas eciam propter hanc ad dominum regem Romanorum descenderet propria in persona, quod sibi terram Nowemarchie Prutenis seu Cruciferis obligatam redimere concederet et liberare. Et quia tam dictam Nouammarchiam, quam eciam antiquam asserunt ad imperium spectare, ideo nobis idem dominus episcopus pro parte eorum instanter supplicauit, quatenus apud dominum regem Romanorum instare ipsorum intuitu vellemus, quod suum consensum et voluntatem predicto regi Dacie pro sepedicta terra Nouemarchie non preberet, quod erga nos modis omnibus vellent promereri.

LXXXI.

Littera electorum imperii domino regi Polonie pro parte marchionis Brandenburgensis missa. [2]

Gratam et sinceram in omnibus complacendi voluntatem. Serenissime princeps! Quamquam dudum per vestram s. inter eiusdem s. filiam et illustris domini Fredrici marchionis Brandenburgensis awunculi nostri carissimi filium matrimonii consorcium et maritatis copula fuerit conclusa, ex quo vtique v. s. nedum ipsum marchionem et suum filium prenarratum sed et alios principes prepotentes suos cognatos et consanguineos ymo nos | et tocius fere Almanie principes singularis amicicie 72a
federacionibus combinat, et iam fama wlgante vaga didicimus nonnulli cunctorum malorum satore id causante laborare satagunt, non ut presumimus ex dilecciouis fundamento sed ut

[1] Derselbe dat: vom 20. Januar 1424 folgt hier unten nach unter No. LXXXI. Bischof von Leubus war Johann von Waldau. Seine Anwesenheit in Krakau erwähnt auch Dlugosz, H. P. XI. 475.

[2] Vgl. die Schlussworte der vorhergehenden No. LXXX.

Digitized by Google

obloquiis vestra subiaceret celsitudo, vt dictum, matrimonium dirimatur et disrumpatur, vestram igitur precelsam s. studiosis precibus rogamus ex intimis, quatenus ad hoc ut dictum matrimonium inter prefatam vestram filiam et awunculum nostrum conclusum consumetur et in sui firmitate roboris perduret, et v. s. intencio immobilis perseueret, ne inuidis susurracionibus, qui in proprium commodum et non vestre s. decus hoc procurare intendunt, eadem vestra s. nullatenus aquiescat; verum serenissime princeps, ob hoc reuerendus pater episcopus Lubucensis s. v. maiestatem accedit, cui in dicendis circa premissa v. s. fidem creditiuam adhibere dignetur se tam fauorabilem exhibendo, prout de eadem s. fiduciam gerimus indubitatam. Per hoc eadem v. s. nos vobis gratis animis inclinatos forcius et strictius reddet in votis possibilibus obligatos famamque celebrem vestri nominis de virtuosa animi constancia et puritate Christianitas tota collaudabit. Datum Pargwie XX Jan.[1]

LXXXII.

73a *A duce Wi(tol)do ad dominum Janussium dolenter ferendo confirmacionem suarum litterarum d(omino) N. super quibusdam bonis datarum.*[2]

Illustris princeps, dum contingenciarum temporibus nos olim vrgentibus coactos nos de propriis ad terram alienam videlicet Prussiam opportuisset exulare,[3] vos in eisdem infaustis nostris accidenciis, quod nusquam de vobis confidissemus, non ut amicus super certis patrimonii nostri terris Drahicziensi videlicet et Melnicensi a sernissimo principe et domino domino Wladislao litteras donacionis per peticiones taliter qualiter optinueratis.[4] Tandem voluntate accedente diuina placatis

[1] Hier ist das Blatt (72) des Codex zur Hälfte abgeschnitten und die Kehrseite ganz unbeschrieben.

[2] Auf die im J. 1440 aufgeworfene Rechtsfrage über die Zugehörigkeit Drohiczyn's zu Masowien (vgl. Długosz H. P. XII p. 725) bringt dieser Brief ein neues, die Sache entscheidendes Licht. Die von Witold angeführten Thatsachen lassen sich zum Theil urkundlich belegen.

[3] In den Jahren 1390—1392.

[4] I. J. 1391 in crastino b. Egidii schenkt K. Władysław dem Herzog Janusz Drohiczyn, Mielnik, Suraż, Bielsk, donacione perpetua et irrevocabili jure hereditario perpetuis temporibus daturis, nihil juris aut dominii pro nobis et nostris successoribus in predictis castris districtibus et villis

Digitized by Google

inter prefatum dominum regem et nos displicenciis dum viceuersa de terra aliena predicta fraterne revocati fuissemus, ipse dominus rex consorsque sua diue memorie domina Hedwigis regina Polonie eiusque domini prelati et barones potiores vniuersi litteris suis firmis cum sigillis euidentibus, quas bene conseruamus, nos de omni diffidencia et dubietate assecurarunt, patrimoniumque nostrum plenarie viceuersa possidendum nobis inscripserunt et presertim terras predictas Drahiczinensem videlicet et Melnicensem. Reuenientibus autem nobis de predicta terra Prussie, prout placuit altissimo, ad propria velut verus heres paterne hereditarius easdem terras nostras patrimoniales et hereditarias Drahiczinensem et Melnicensem prescriptas, a vobis prout nobis iuste et sancte deifice licuit recepimus, quas dante domino iustissimo tytulo vt heres perpetuus et hereditarius successor possidemus. Quas quidem litteras sic per vos a prefato domino rege contra deum et iusticiam amicicie non deferendo per vos optentas sperabamus die tenus in vim iusticie et amicicie inter nos mutuo adaugende, per vos nobis dudum fuisse restitutas, quod hucusque non est factum. Sed nedum hoc nobis molestiam intulit, verum ecce nouitas magna, quam de vobis nequaquam sperassemus, nostra precordia satis acerbe amaricavit: In eo videlicet, quod super collatis quibusdam per nos bonis familiaribus nostris in terris patrimonii nostri predictis et nos nescimus, qualem vobis iurisdiccionem in eodem patrimonio nostro vendicantibus, eisdem familiaribus nostris litteras priuilegiales cum sigillo maiestatis ducatus vestri conferre | secrete ausi estis et audetis, et signanter iam decerto 73b
nobili N. super S. et aliis ibi bonis Drahiczinensibus per nos collatis id ipsum extat factum,[1] quod reuera de vobis dolenter ferimus et audimus, quod tanta nobis per vos inequalitas insperata et iniusticia exhibetur. Volumus igitur vobis similem contrarietatem facere et iam de facto opidi Tikoczin et Loputhow,

---

reseruantes per ipsum dominum Johannem eiusque heredes et successores legitimos tenenda habenda, vendenda (Kodeks Mazowiecki No. 120 p. 111). Dies ist die Urk., deren Herausgabe Witold fordert.

[1] Nach dem Inv. arch. Crac. p. 358 schenkt Witold praetori villas Korczyn et Sielawa in terra Drohoczinensi (1416), und in den Fascikeln des Reichsarchivs befand sich ein extractum Drohiciense super donacionem Korczowo et Sarnowo und ein extractum Drohiciniense super donacionem oppidi Mordy. Diese Papiere beziehen sich wohl auf den vorliegenden Fall.

Digitized by Google

que vobis tenenda consenseramus, possessionem pro nobis iussimus acceptandam.[1] Porro si deinceps litteras easdem domini regis sepedicti, quas super eisdem patrimonii nostri terris obtinetis, nobis non assignaueritis, diebus vite nostre vobis nolumus amicari. Datum in Mensko die Epifanie anno etc. XXVI.

LXXXIII.

Super infamie expurgacione domine regine concedenda.[2]

Allexander etc. Reuerendis venerabilibusque ac magnificis generosis ac egregiis dominis prelatis et baronibus magnatibus ac dignitariis regni Polonie consiliariis amicis nostris sincere dilectis salutem et amicicie votiua et continua incrementa. Nuper serenissima princeps domina S(ophia) domina Polonie etc. non mediocriter cordis dolore ex intimis amaricata flebiliter nobis per nobilem sue Vi. littere credenciales intimauit,[3] qualiter nephandis iniquorum zusurriis et maliuolorum doli conflacionibus ad verbum esset posita infamie et mendacitatis suligine subdole vti didicit foret denigrata, quod nedum credi nomen infamie absurdum verum nec nominari quin et cogitari apud racione compotes sit condignum. Qui id ipsum audientes conturbati sumus vehementer admirantes in tantam dolosorum posse proserpere maliciam excogitatam. Quare petimus vestram amiciciam vniuersalem desiderioso cum affectu, quatenus si quid tedium ignominiosorum reuera vento false lab(entium) conflatorum ad nos seu quempiam vestrum deuenerit, aures obturetis vestras nec credatis, quoniam mendosa sunt. Et confidimus dante altissimo hec eadem compicta nequerit esse adinuenta, nichilominus rogantes velitis amore dei, nostri contemplacione humanitatis
74a et fame vestrarum respectu consentire cooperire | et efficere

[1] Das scheint auch unverzüglich geschehen zu sein, denn im Inv. arch. Crac. finden wir (p. 358): Joannes senior dux Masoviae Petro de Gumow advocatiam in Tykocino donat. Dat. in Lomza post dominicam Laetare 1424, und gleich dahinter Alexander alias Vitoldus Petro de Gumow advocatiam in oppido Tykocin jure perpetuo donat. Dat. in Troki die S. Silvestris 1426.

[2] Vgl. Dlugosz H. P. XI. 498. f. ad ann. 1427.

[3] Folglich kann es wohl nicht richtig sein, dass Witold selbst ihr Ankläger und Beschuldiger gewesen sein soll, wie Dlugosz berichtet.

Digitized by Google

prefate domine regine suam expurgandi innocenciam posse consequi facultatem ipsique tempore suo ab ea iustificacionem realiter vos accepturi. Datum.

LXXXIV.

Super peticione iustificacionis infamie nuper cuidam note quamvis alias expurgate.

Allexander etc. Significamus tenore etc. quod cum strenuus Zaramba cance(llarius) (?) serenissimi regis etc. fratris nostri carissimi marschalkus in prefati domini regis et nostra curiis [1] quandam suspiciosam infamiam de quodam cingulo aureo illustris ducis Michaelis [2] dudum amisso de se oriri hincinde intellexisset et ad nos, ut iustificaretur coram nobis, veniens in presencia eiusdem ducis Michaelis nos petiisset, Ipse dux Michael coram nobis recognouit, quomodo quondam ipso Zaramba cum eo in vna camera dormiente cingulum aureum amisisset, pro quo eundem Zarambam tunc inculpauerat, qui se sibi iustificauit pro eodem cingulo et, quod nullam erga ipsum, dux Michael culpam haberet, etiam recognouit. Harum quibus actum et datum presentibus pluribus fidedignis. Datum per Czes . . .

LXXXV.

Comitti reconsulendo propter pericula transire ad sepulcrum Christi.

Illustris princeps et magnifice domine amice noster specialiter dilecte! Attulit nobis litteram vestram Rudolfus Tyral vester Erholdus, ex cuius contentis intelleximus, amiciciam vestram ad sepulcrum domini et ad sanctam terram per siccum intendere et velle proficisci, desiderando, quatenus ad id vobis

[1] Gemeint ist ohne Zweifel Laurentius Zaręba, denn dieser wird in der Urk. bei Raczyński, Cod. dipl. Lith. p. 300, als Zeuge in dem Kesmarker Vertrage ‚Laurentius Zaramba Marschalcus curie Regalis' genannt. Dlugosz nennt ihn unter den des strafbaren Umgangs mit der Königin Bezüchtigten und bezeichnet ihn näher als L. Zaręba de Kalinowo. Aus diesem Briefe ersehen wir, dass ihm ein ganz anderes Verbrechen zur Last gelegt war.

[2] Wahrscheinlich Fürst Michael, der Sohn des Zygmunt Kieystutowicz, der Neffe Witold's.

Digitized by Google

nostra consilia et auxilia prebeamus etc. Illustris amice carissime, ex vinculo amicicie inter nos dante altissimo vrgente debitores sumus vestrum honestius et melius procurare dirigere et swadere; presentibus vero temporibus in plagis gentilium puta Tartarorum Turcorum et Saracenorum, per quas aditus ad eandem terram sanctam intermedius esse deberet, tanta vigent gwerrarum et periculorum discrimina, quod nullomodo aut dif-
74b ficillime quis saluus et imperturbatus istac posset | pertransire. Eciam nescimus, qua per siccum prorsus iret, quin marinorum intermediet fluctuum meatus. Retulit etiam verbo Rudolphus predictus, quomodo amicicia vestra nos terras et dominia nostras gliscceret visitandum. Aduentum personalem tanti amici animo grato menteque hilari libenter videbimus personamque vestram vti venerandissimi hospitis libentissime suscipiemus, prout idem vester Erholdus de his etc. vos verbo potest informare. Dat. per Czes.

LXXXVI.

A) *Obligacio super mutuacione pecunie.* [1]

Nos infrascripti Msczugh debitor principalis et Gnewossius [2] de D(alewice) fideiussor significamus tenore presencium etc.

---

[1] Bei Napiersky Ind. corp. hist. dipl. Liv. Esth. Curoniae I, p. 258 No. 1184 findet sich ein unrichtiger Auszug dieser Urk. Die angefügte Bemerkung ist ebenfalls in allen Theilen unbegründet. Ueber diesen Gniewosz de Dalewice, den treulosen Protector Wilhelm's von Oesterreich auf seiner Brautfahrt nach Krakau vgl. Caro, Gesch. Polens III. Beilage II. p. 649, wozu ich noch die Bemerkung hinzufügen will, dass der König ihm (nach Dlug. Liber beneficiorum I. 271) sein Stammgut Dalewice abkaufte. Nach ebenderselben Quelle (Lib. benefic. III, 470 f.) sind wir in den Stand gesetzt, über den Verbleib des Vermögens Wilhelms v. Oesterreich, das er nach Krakau mitgenommen und dem Gniewosz zur Aufbewahrung übergeben hatte, Auskunft zu geben: ein Beitrag zum Sprichwort vom nicht gedeihenden unrechten Gute. Es heisst das.: Gnewosius enim de Dalowyeze succamerarius Cracoviensis, miles nobilis de domo et familia Strzegomya, thesaurum suum et clenodia pecuniam quoque et aliam nobilem supellectilem, per Gwilhelmum ducem Austriae, qui in regem Poloniae mortuo Ludovico Pol. et Hung. rege assumptus fuerat, et cui Ludovicus ipse Pol. et Hung. rex filiam suam Hedvigim minorem natu, in consortem vivens adhuc cum regno Poloniae tradiderat, et cum qua Gwilhelmus ipse dux Austriae in Cracovia diebus quindecim, priusquam

Digitized by Google

quomodo illustrissimus et magnificus princeps dominus Witoldus mihi profato M. centum siclos alias ruble argenti purissimi pon-

---

Jagello dux Lithvaniae ad regendum regnum Poloniae accersitus fuerat, matrimonialiter habitabat, sibi et fidei suae creditum, aliis etiam conditionibus congregatum et quaesitum duobus filiis minorennibus et impuberibus distractionem illius veritus praesertim a filio natu maiori Gnevossio insolenter se iam gerente, et qui usque ad nostra tempora vivens, sub certis temporibus in dementiam incidebat, sed nec uxori propriae . . . ne in alterius viri transiret amplexus, audens credere, illud in monasterium prefatum sanctae Catherinae, et in fidem atque curam prioris monasterii secretius quo poterat, nonnisi una virgine antiqua, quae suae consortis erat pedisequa, et quam sibi rebatur fidelem, in cista satis lata et ampla deposuit, data eidem virgini ab omnibus obseraculis dictae cistae clave, data insuper instructione et mandato, ne cuiquam mortalium depositum vulgaret, sed rem usque ad perfectam aetatem filii sui natu minoris Johannis quem et nos (Dlugossus sc.) novimus militem satis legalem, et qui patri videbatur, sua prudenti indole patrem expressurus, nonnisi perfectae aetatis filio Johanni thesaurum praedictum et cistam, in qua continebatur, sibi tanquam paternam hereditatem, et in illius necessitates, atque utilitates servatum, et revelatura et ostensura. Transeuntibus autem et effluentibus in tali mora annis et temporibus plurimis, cum praedictus frater . . . . prior monasterii Sanctae Catherinae a relicta Gnevossii succamerarii frequentius requirens, an aliquod depositum apud se et monasterium suum habuissent, et matrona ipsa constanter aliquid virum suum aut se habere inficiaretur; credens praedictus prior, iam nullum conscium depositi superesse, et existimans se opus bonum agere, si thesaurum prefatum et depositum in salutem eorum quorum fuit, in profectum et necessitatem templi et monasterii convertisset, fundum cistae rupit, et omnem thesaurum et suppellectilem illi auferens, muros notabiles templi et monasterii, eiusque officinas construendo convertit, non sine admiratione mortalium, qui prioris praefati ignorantes unde sumptus procederent, quasi providentiam et industriam mirabantur. Dum vero Johannes praefatus Gnevossii aetatem perfectam impleret, virgo illa antiqua deposito et secreto filio Johanni patefacto, ad monasterium sanctae Catherinae cum eodem Johanne venit, sed cistam violatam et fractam reperiens, et quo thesaurus in ea conditus, conversus esset, diligentius inquirens, a priore praefato responsum accepit, omnem illum thesaurum et supellectilem in templi et monasterii necessitates, falsa opinione deceptum, quod nemo illius haeres et superstes exstiterit, expendisse, se nudum et pauperem atque mendicum fore nec sufficere ad illius thesauri, aut alicuius eius partis solutionem, eo quoque responso usus praefatus Johannes Gnevossii, in sua spe et deposito paterno deceptus et illusus, non sine cordis sui grandi amaritudine discessit, recuperationem tanti depositi amplius, cum eam existimaret impossibilem, non requirens.

[2] Im Cod. steht Snewossius, aber die später folgenden Initialen der beiden Namen M. u. G. corrigiren diesen Fehler.

Digitized by Google

deris et fusure seu conflature Litthuanicarum de sua benignitate mutuavit graciose. Quos quidem centum siclos uel II C. marcas grossorum latorum monete etc. nos ambo prefati M. et G. sub fide et honore nostris absque dolo et fraude prefato domino nostro magno duci uel ei, qui presentes habuerit, solvere promittimus post monicionem suam nobis fiendam per quartale vnius anni, quocunque tempore nos duxerit ammouendum nullis euasionibus videlicet peticionibus uel aliis exquisitis coloribus ipsum dominum nostrum magnum ducem euadendo uel aliqualiter circumueniendo, ymo pollicentes pro eadem summa argenti non petere nobis dimittenda sed pure et simpliciter sue magnificencie uel etc. nos submittimus fide et honore ut premittitur mediante persoluendum. Quod si quod absit elapso quartali anni post monicionem nobis factam prefatam summam argenti C. siclorum uel II C. marcarum grossorum predictorum soluere obmitteremus seu non curaremus aut aliqualiter negligeremus, extunc quodcunque dampnum prefatus dominus noster magnus dux ob non solucionem eiusdem summe argenti uel II C. marcarum incurreret, hoc dampnum nostrum et non suum volumus nobis imputare et debemus ipsum sibi simul cum principali
75a summa predicta rite | et realiter refundere et pagare. Submittentes nos monicionibus increpacionibus imperanciis vituperiis quibuscunque turpioribus et pudorosis per ipsum dominum magnum ducem prefatum uel qui presentes habuerit nobis imponendis seu infligendis, nec quidquam audebimus in contrarium dicere sed ignominiose pati, donec summam predictam argenti aut pecuniarum predictarum et dampna, si que in nostrum grauamen ut prefertur commissa fuerint, totaliter persoluamus. Harum quibus etc. Actum et datum in Vytebsk presentibus etc.

B) *Inscripcio principalis debitoris sibi fideiubere.*

Ego Msczugh etc. Significo etc. quomodo strenuus dominus G(niewossius) de (Dalewice) frater meus serenissimo principi etc. C siclos argenti uel II C. marcas pro me fideiussit et se vna mecum inscripsit elapso quartali vnius anni post monicionem eiusdem domini magniducis uel eius, qui litteras ipsius domini G. et meas habuerit, quibus se sibi inscripsimus soluendum. Quem quidem dominum G. bona fide et sub honore dolo et fraude

Digitized by Google

procul motis tenore presencium promitto realiter et perfecte, liberare liberumque facere et solutum ab eadem fideiussione. Quod si quod absit non facerem aut aliqualiter negligerem, extunc quecunque dampna racione eiusdem fideiussionis pro me ipse dominus G. perciperet, ea non sua sed mea volo et debeo reputare. Et nichilominus ad solucionem principalis debiti summam et dampnorum per ipsum dominum Magnum ducem creditorem aut, qui litteras nostras prefatas ab ipso habuerit, contractorum uel contrahendorum sim adstrictus. Submittoque me eidem domino G., si premissis non satisfacerem, ad omnes vituperaciones infamias et increpaciones verbales litterales aut qualescunque eis minime contradicere audendo, non obstantibus quibuscunque mandatis regalibus siue expeditis aut statutis seu iuribus terrestribus mihi in fauorem et in contrarium pretendentibus premissorum, quibus vigore presencium renunccio, | donec ipsum ab huiusmodi fideiussoria caucione 75
liberum faciam et pro dampnis, si que mee non solucionis racione contraxerit, satisfaccionem impendam realiter cum effectu Harum etc.

LXXXVII.

Pallatinus Cracouie per G.[1]

Frater carissime! Mirum est, quod ita non longe ab inuicem distantes de euentibus et sanitatis disposicionibus mutuo inter nos rarissime perscrutamur. Verum si nobis defectus impingi debeat pro eo, quod quadam negligencia non autem inaduertencia status nostri et nostrorum vobis contingencias intimare obmiserimus, vobis huius rei presentibus reddimus racionem. Modernis namque temporibus dominis nostris simul manentibus in veritate grauibus ipsorum occupati negociis, raro uel nunquam ad alia potuimus vacare. Quod autem vos, frater, nobis statum vestrum vtinam felicem non intimatis, cur euenerit ignoramus etc. Velitis igitur de ipsis non minus cordialibus quam crebrius auisamentis reddere cerciores petentes, quatenus ab his, que hic vobis fuerint placabilia, ad que posse nostrum se

[1] Wojewode von Krakau war Jasko von Tarnow um die Zeit, in welche diese Briefe fallen, aber an wen dieses freundliche Schreiben gerichtet ist und wie es zu datiren ist, wird wohl nicht zu ermitteln sein.

Digitized by Google

extenderet minus conuescere faciatis, quin pro eis nos scriptis vestris velitis auisare nos eo ipso erga fraternitatem vestram confidentiores. Datum.

LXXXVIII.

Dominus apostolicus contentus est de responso quod dedit rex Polonie regum aliorum oratoribus.

Martinus episcopus servus seruorum dei carissimo in Christo filio Wladislao Polonie regi illustri salutem et apostolicam benediccionem. Gratus nobis fuit aduentus dilecti filii N. secretarii et oratoris tui et gratissima eius oracio diligens et fecunda, per quam, quod semper optauimus audire, cognouimus prosperam valitudinem persone tue et felicem tranquillitatem status tui. placuit etiam nobis, quod significauit appellacionem alias per oratores tuos in concilio Constanciensi interpositam ad futurum concilium a celsitudine tua relictum et repudiatum fuisse sano et maturo consilio, in quo affectum erga nos tuum et regalem sapienciam ostendisti.[1] Nam cum per nos satis prouisum fuerit
76 a honori tuo ab appellacione non congrua recessisti et rectissime | indicasti, nullam esse superioritatem in terra ad quam appellari possit a Romano pontifice. Cum itaque tam ex hoc quam ex pluribus tuis dictis et factis manifestam feceris sinceritatem fidei tue erga dei ecclesiam, cuius maxime apparuit ex responso, quod dictus N. asserit te dedisse oratoribus regum, qui te super abreuiacione temporis ordinati ad futurum concilium requirebant.[2] De quo responso plura non dicimus, cum tamen dici plurima in laudem et commendacionem tuam possent, verum pro hac tanta deuocione fide excellencie tue regraciamur in domino, qui retribuet habundanter tibi et omnibus qui ecclesiam suam honorant. Et eciam curabimus, honorare serenitatem tuam et pro exaltacione nominis tui semper omnia, que pie et honeste poterimus, benigno et grato animo faciemus. Ceterum his diebus proxime ecclesie Plocensi tunc vacanti prouidimus de persona wenerabilis fratris nostri Sta(nislai) Plocensis episcopi iuxta desiderium cordis tui eidemque commisimus, quod nostri parte requirat et hortetur principes Mazovie, vt requisicionibus tuis ob-

[1] Die Belobigung des Papstes bezieht sich auf den Skandal des Falkenberg'schen Pamphlets vgl. Caro Gesch. Pol. III, 468 ff.

[2] Vgl. oben Nr. XLVII, LVIII und LIX.

Digitized by Google

temperent[1] et se conforment in omnibus votis tuis, sicut a predicto secretario tuo, qui bene expeditus et de optima dispositione nostra erga sublimitatem tuam plenius informatus reuertitur ad conspectum tuum, plura enim confidenter ei diximus, quem propter virtutem eius et fidem ac diligenciam in negociis tuis prospectum diligimus, et cum sentiamus te constituisse eum exercere in rebus tuis apud nos et nostram curiam practicandis, valde contenti sumus et iudicium tuum de homine ad hoc opus aptissimo commendamus. Datum Rome apud sanctos apostolos in Idus Decembris pontificatus nostri anno nono.

LXXXIX.

Littera magni ducis ad Rozgon.[2]

Nobilis et generose amice noster, litteras vestras accepimus grate, in quibus nobis sospitatem corpoream serenissimi principis domini Romanorum regis domini et consangwinei nostri carissimi consortisque sue descripsistis, pro quo quanto de ipsorum gratulamur prosperis votiuis et felicibus successibus tanto vobis vberius graciarum reddimus acciones; prout autem pro veste arta rugata vobis transmissa nobis regratiamini sed | po- 76 b
cius grisei coloris pro sagittacione in ea ferarum quam rubeam vidissetis, occurrente nobis illuc transituro nuncio vestem griseam similem vobis mittere non obmittemus ex quo vobis placuit, vos petentes, quatenus nos prefatis domino regi et regine in sinceritate amicicie habeatis recommissos.

XC.

Littera magni ducis ad regem Hungarie.[3]

Serenissime princeps domine et frater carissime! Rescribentibus nobis s. v. ad priores litteras vestras ex parte Alle-

[1] Vgl. oben Nr. LXX und LXXI.

[2] Peter Rozgon, einer der hervorragendsten Magnaten Ungarns in jener Zeit, der fast immer um K. Sigismund war, und besonders in den Verhandlungen mit Polen sowie bei den Kriegsoperationen an der untern Donau öfters genannt wird. Seine Gemahlin Caecilia zeichnete sich besonders im Türkenkriege 1428 bei Galambócz durch heldenmüthigen Antheil am Kampfe aus.

[3] Die Anhaltspunkte für die Bestimmung des Datum dieses interessanten Briefes sind ziemlich dürftig. Mit dem für alle Zeit zu haltenden Bünd-

Digitized by Google

xandri woiewode Moldauie Radul et Turcis ac ipsorum inuicem confederacione etc. et iam in toto litteris confectis et nuncio eas delaturo ad viam precincto, supervenere alie v. s. littere in facto eodem, prout ex documentis litteralibus ipsius Daan woiewode transalpini et eiusdem woiewode Moldauie nouitates habuistis facta eadem ratificando: quarum litterarum domino regi Polonie scribit copias transmisisse. De ipso autem woiewoda Alexandro si et in quantum ita esset, quod se sic nequiter cum infidelibus conspiraret sicut in aliis nostris litteris, de quibus supra scripsimus, quod v. s. cum vtriusque fratre nostrum domino regi Polonie deliberare vellet et disponere, quid ad hoc opus nepharium esset faciendum, ita et nunc vestre suademus serenitati, velitis cum eodem domino rege ad finalem mentis vestre deliberacionem deuenire et nos de mente vestra informare. Non enim bonum esset, quod hinc in medio nostrum existenti tam perniciosissimum et opus nepharium contra dominum suum, cuius omagialis est, dominum regem Polonie contra serenitatem vestram et contra nos ymo contra totam Christianitatem preceptum ad effectum malicie deduceretur. Convenientius enim esset obstare principiis et malorum originem suffocare, ne in antea laxatis sibi malignandi licenciis hostes crucis Christi toti Christianorum religioni nocituros inducendo, instruendo et confortando ad deteriora prorumperet dilatatus. Nos enim pro posse ad hoc flecti volumus, qualiter hec malignandi intencio precludatur. Ceterum scribitis, quomodo a Turcorum imperatore domino moderno verius tyranno nouitates habuissetis, quomodo aperte alia videlicet Saracenorum non modica ad presens patentur impedimenta sic, quod aliorum vires suas
77a protendere minus possit, et queritis si nos de eo ipso alia habuerimus auisamenta, quatenus ea s. v. significaremus. Credat s. v. | quamuis temporibus prioribus inter nos imperatorem Grecorum et Turcorum principes nuccii et intimate hinc inde mutuo inter-

niss zwischen K. Sigismund und Witold dürfte das Kesmarker v. J. 1423 gemeint sein. Da im J. 1426 die 5000 polnischen Krieger, welche Albrecht von Oesterreich zum Kampfe gegen die Husiten aus Misstrauen schnöde zurückgeschickt hatte, zu einem Donaufeldzug für Sigismund zur Verfügung gestellt waren (vgl. Cod. dipl. Lith. ed. Raczyński p. 351 und Caro Gesch. Pol. III, 606), so möchte dieser Brief, der den Kriegs-Anlass in der Moldau zum Gegenstand hat, nicht gar lange vor 1426 geschrieben sein.

Digitized by Google

dum percurissent, a tempore autem vltimate vnionis et confederacionis fraterne inter vestram serenitatem dominum regem Polonie et nos inite et consumate dante altissimo in finem durature cessauerat inter nos et predictos Grecorum et Turcorum principes mutui intimacio auisamenti; verum est, ex scriptis imperatoris Grecorum paulo ante accepimus ipsum ad nos velle suam mittere solempnem ambasiatam, si et quando eadem aduenerit et quod de occurrenciis et illarum regionum disposicionibus discere potuerimus, sine quauis mora vestram non latebit serenitatem. Scribit eciam vestra fraternitas, quomodo inuenis filius Turci ceci, quos vltra meritum eorum graciose confouistis, a v. s. clamdestine profugissent et petit v. s. sicubi in metis aut medio terrarum nostrarum deprehendi et arestari possit, quatenus s. v. presententur, sollicitissimas super eo habere volumus excubias et quam cito et vtinam ad manus nostras deuenirent, eos s. v. sine mora presentari curaremus. Datum.

XCI.

Littera regis Hungarie super excusacione ducum Mazovie de colligancüs cum eodem contra regem Polonie delatorum sinistre. [1]

Sigismundus etc. Serenissime princeps frater carissime, audiuimus, quod displicenter et amaro animo referimus, quo-

[1] Einen lehrreichen Aufschluss über den Zusammenhang eines interessanten und bisher dunkeln Vorgangs erhalten wir durch diesen Brief, der in seiner allgemeinen Phrasenhaftigkeit ohne die Ueberschrift, die uns den eigentlichen Fragepunkt enthüllt, werthlos gewesen wäre. Durch Dlugosz Hist. Pol. XI, 487 erfahren wir, dass im J. 1425 die staatsrechtliche Frage über die Stellung Masowiens zur Krone Polen auftauchte. In der Provinzial-Synode zu Leczyc wurde vom polnischen Clerus die vom Papste als Subsidie zum Husitenkrieg dem Könige von Polen angewiesene Contribution von 20.000 Gulden abgelehnt. Ehe aber noch das Votum gefallen war, erklärte der Vertreter der masowischen Diözese Plock, Stanislaus Pawłowski (vgl. ob. No. LXX.), dass Masowien in jedem Falle sich von der Verpflichtung der Contribution für eximirt halte, da dieselbe nur Polen auferlegt, und ‚Masowien seine eigenen Fürsten habe'. Auf Grund dieser namentlich in den Ohren des Königs höchst unliebsamen Aeusserung habe man — erzählt Dlugosz — sofort einen ausserordentlichen Reichstag für Martini 1425 nach Brześć (russ.) ausgeschrieben und den Herzog Ziemowit dazu vorgeladen. Dieser hätte sich wegen Krankheit entschuldigen lassen, worauf der König vom Reichstag aus zwei Barone an den Herzog

Digitized by Google

modo quidam pacis emuli auctores mali seminatores zyzanie et tocius boni peruersores ausi sunt dicere, quomodo cum certis

---

mit der kategorischen Forderung, den Huldigungseid zu wiederholen, geschickt hätte. — Indessen ist, wie uns die hier nachfolgende No. XCII belehrt, Dlugosz's Bericht doch nur in den ungefähren Contouren richtig. Erstens war die Vorladung keineswegs allein gegen den Herzog Ziemowit sondern ebenso gut an seinen Bruder Janusz gerichtet. Zweitens wurde nicht gleich, nachdem Pawlowski sich in dem rebellischen Sinne ausgesprochen hatte, ein Reichstag ausgeschrieben, sondern den beiden Herzögen Rechtfertigungstermine erst in Gnesen, dann in Leczyc, dann in Bodzanczyn und endlich in Bistrzyca vorgeschlagen. Auf die ersten drei Ladungen reagirten die Herzöge gar nicht; auf die letzte schickten sie am 14. September 1425 Botschafter, die um einen neuen Termin baten, in welchem sie wenn nicht selbst erscheinen, doch um die Sache nicht zu verschleppen, geeignete Bevollmächtigte senden wollten. Der König und die wegen dieser Angelegenheit versammelten Prälaten und Barone bewilligten zur Huldigung als Termin den St. Martinstag und bestimmten Brześć (russ.) als Ort dazu; zugleich aber schickte der König am 25. September zwei Herren, den Johann de Cles und einen Domarat (wohl von Kobylany Castellan von Biecz) mit dieser ‚peremptorischen und Final'-Entscheidung zu den Herzögen. — Auf dem Tage zu Brześć aber geschah das nicht, was Dlugosz erzählt. Denn in dem Verzeichniss der Urkk. des Reichsarchivs (Inv. arch. Crac. p. 344) finden wir folgende Urk. verzeichnet: Semonitus junior et Casimirus duces Masowiae recognoscunt Semonitum seniorem patrem suum fidelitatis homagium Vladislao regi Poloniae ad instar Joannis ducis fratris sui praestitisse. In Brzesce infra octavas S. Martini anno 1425. Daraus geht also hervor, dass Herzog Janusz einfach in Brześć den Huldigungseid leistete, Ziemowit sein Bruder dagegen für sich durch zwei seiner Söhne vorläufig den Eid leisten liess, um ihn später seinerseits selbst zu ratifiziren. Denn in einem andern Verzeichniss ist dieselbe Urk. so ausgezogen (A. a. O.): Sem. et Cas. duces Masoviae ex mandato Semoviti patris testantur se Wladislao regi Poloniae fidelitatis iuramentum praestitisse, sicut et Joannes frater eius praestitit, et promittunt ipsum patrem suum id per se professurum et affirmaturum esse tempore et loco a rege ipsi constituto. Sagt Dlugosz XI, 488, dass Ziemowit der Aeltere in Brześć wegen Krankheit nicht persönlich erschienen sei, so mögen wir das gern glauben, denn in den ersten Monaten des darauf folgenden Jahres starb er in hohem Alter.

Da verbreitete sich plötzlich in Polen das Gerücht — das lehrt uns eben das hier vorliegende Schreiben König Sigismunds — dass die masowischen Herzöge gewisse ‚Colligancien' und geheime Verhandlungen mit K. Sigismund angeknüpft hätten. Wir sehen, wie energisch dieser die Verdächtigung von sich abweist. War somit das Gerücht ganz grundlos und leer? Trotz der Versicherung Sigismund's müssen wir sagen: durchaus nicht; ganz im Gegentheil war die Beunruhigung der Polen vollauf gerechtfertigt. Die jungen Herzöge von Masowien erinnerten sich

Digitized by Google

principibus nowas confederaciones colligancias et vniones nostre vnioni contrarias iniuissemus simulateque fraternam dileccionem

---

nämlich, dass der Bruder ihres Urgrossvaters, Herzog Wenceslaw (Wanko reg. 1313—1330) sein Herzogthum im J. 1329 am 29. März von König Johann von Böhmen zu Lehen genommen habe. (Urk. darüber Ludewig Rel. mscrpt. V, 605, Du Mont Corps dipl. I. 2. 112; Sommersberg Scriptt. rer. Siles. II Accessiones 5. Lünig P. S. cont I Forts. I, 325.) Zwar war dieses Lehnsverhältniss im J. 1351, als Boleslaw III. der Sohn Wenceslaw's gestorben und Ziemowit III. nebst seinem Bruder Kasimir ihre Erbansprüche an dasselbe geltend machten, als ein im Drang der Noth übernommenes für null und nichtig erklärt worden, (Urk. bei Naruszewicz, hist. nar. pols. IX. 173) aber nur einseitig in einem Vertrage zwischen der Krone Polen und den masowischen Bewerbern. Kaiser Carl IV., der König von Böhmen, war so wenig geneigt, diese böhmischen Lehenshoheitsrechte über Masowien aufzugeben, dass er vielmehr am 7. Sept. 1351 das Herzogthum Masowien in seiner Eigenschaft als Lehnsherr dem Herzog Heinrich von Sagan und Glogau, der durch seine Gemahlin Anna ein Schwager des jüngst verstorbenen Masoviers Boleslaw III war, als heimgefallenes Erblehen böhmischer Krone übergab (Urk. Ludewig Rel. mscrpt. V, 541, Sommersberg Scriptt. rer. Siles. II. accessiones 3.). König Kasimir von Polen erwirkte jedoch zwei Jahre später 1353 (27. Mai) einen ausdrücklichen Verzicht der böhmischen Lehnshoheit, wogegen er dem Kaiser Carl IV die bei ihm verpfändeten Städte Pitschen und Kreuzburg in Schlesien an Böhmen auslieferte (Urk. Balbin Miscell. VIII, 45; Praj Ann. Hung. II, 93.). Ehe noch dieses durch den König Ludwig den Grossen von Ungarn vermittelte Abkommen seitens des polnischen Königs ratificirt war, hatte K. Kasimir von Polen i. J. 1355 ganz Masowien dem einzigen damals lebenden Herzoge masowischen Stammes, dem Ziemowit III als polnisches Reichslehen übergeben, und, um in Zukunft keine Einsprüche seitens der böhmischen Krone in dieses Verhältniss zu erfahren, im J. 1356 das durch seinen ungarischen Vetter vereinbarte Uebereinkommen ratificirt (Urk. Ludewig V, 496 Sommersberg I, 865, Goldast Append. p. 102). Die böhmische Krone hatte somit keinerlei Anrechte mehr an Masowien.

Welche Bestürzung aber musste es im J. 1426 unter den staatsrechtkundigen Polen erregen, als sie vernahmen, dass die jungen Herzöge von Masowien am 20. März nach Wien gegangen seien, um sich von K. Sigismund — dem dermaligen Könige von Böhmen (wenn auch in partibus) und seinem Eidam dem Herzog Albrecht von Oesterreich die alte Urkunde von 1329, in der Wenceslaw von Masowien sein Herzogthum von der böhmischen Krone zu Lehen nimmt, neuerdings vidimiren zu lassen. Die beiden deutschen Fürsten thaten es (Urk. bei Lünig, part. spec. cont. I. Forts. 1, 325, Du Mont C. dipl. T. I P. II f. 112 cf. Dobner Monum. hist. Boh. IV p. 414) und K. Sigismund musste es sich wohl gefallen lassen, dass man ihn der ‚Colligancien' mit den masowischen Herzögen beschuldigte. Ob man seinen dementirenden Versicherungen

Digitized by Google

v. f. et non directe demonstraremus, quod reuera cor nostrum magis et forcius angariat, tantoque nobis in hoc deo teste magis iniuriare cognoscimus, quanto nostram conscienciam ab hac labe scimus penitus fore puram, nec est aliqua circa nos simulacio; sed ab hac die, qua deo laus facti sumus amici adinuicem, semper
77b tenuimus inuiolatam et inconcussam erga v. | s. fraternam caritatem et illam volumus tenere fideliter constanter et inconcusse neque ab illa aliqualiter, quamdiu vita nobis comes fuerit, intendimus declinare et id idem de vestra fraternitate presumentes. Et vellemus specialiter auisari, qui saltim huiusmodi confederacionis interpretes fuissent et practici seu vbi hec posset per sigilla nostra autentica demonstrari. Ideo eandem v. f. attente rogamus, quatenus non ita facile talibus delatoribus et sinistre referentibus dare velitis aures patulas et audire huiusmodi sinistras dilaciones a veritatis tramite omnino peregrinas. Sed placeat ora detrahentium et deferentium inter nos seminare volentium obstruere et dare repulsam ipsorum de meritis condignam, vt aliis similia attemptantibus huiusmodi correptio cedat in exemplum. In eo nostrum et vestrum pacabitis animum et facietis nobis complacenciam singularem. Datum Tranczini.

XCII.

Citacio contra Jo(hannem) et Semo(ui)tum duces Mazovie.[1]

Wladislaus dei gracia etc. Preclaris principibus dominis Jo(anni) et Semo(ui)to senioribus ducibus Mazovie illustribus fratribus nostris carissimis salutem beniuolenciam fauorem et

---

Glauben schenkte, weiss ich nicht, wohl aber kann ich begreifen, dass sich die Polen nicht sehr für eine baldige Niederwerfung der Husiten und die unbehelligte Thronbesteigung K. Sigismunds in Böhmen begeisterten. Die masowischen Herzöge aber wurden hart angefasst und ihre Ausflucht, dem König Wladyslaw zwar gern, nicht aber der polnischen Krone die Huldigung leisten zu wollen, energisch zurückgewiesen. Sie mussten sowohl dem Könige als der Krone Polen huldigen. Darüber belehrt uns der Bericht des Königs unten No. CIII.

[1] Alle Nähere über diese Urk. in der Anm. zu der vorigen No. XCI. In Betreff des Datums will ich nur bemerken, dass die translatio St. Stephani, eine polnisch-locale Feier in den meisten Calendarien nicht verzeichnet ist; sie fällt auf Cosmae et Damiani also den 27 September; folglich ist diese Citation am 25 September 1425 ausgestellt.

Digitized by Google

omne bonum. Preclari et illustres fratres nostri dilecti, in factis et negociis nostris que vobis nunc litteris nunc nunccíis nostris repetitis vicibus significauimus, iam plures terminos prefiximus videlicet Gnezne, Lanci(cie) in Bodzaczyn et Bistrzycza, in quibus personaliter coram nobis debuistis comparere. Attamen in his omnibus et si quandoque per nunccios vestros ad legaciones nostras aliqua fecistis responsa, illa tamen vix minimam partem legacionum nostrarum designarunt. Sed quadam tergiuersacione et perfunctorie semper nobis ad ipsas et obscure responderunt, de quibus agere mitius et toleranciam nostram volentes demonstrare, alios successiue vobis terminos concessimus. Et tandem nunccii vestri ad | terminum vltimum ad nos venientes 78a
in B....[1] super festum exaltacionis sancte crucis proxime preteritum personas vestras cum deuocione nobis curauerunt commendare et continuo nostram pecierunt maiestatem, vt vobis alium terminum dignaremur concedere, in quo, si vobis in equis uel curribus transeundi facultas non subesset, velletis ad huiusmodi terminum in gestatoriis procurare deportari nec ammodo per quecunque diffugia uel colores et ingenia alios querere decetero terminos aut hec negocia amplius prorogare. Et ad hoc vos palam in nostra et nostrorum prelatorum et baronum tunc nobiscum ad hoc specialiter congregatorum presencia prefati nunccii submiserunt excusantes vestram absenciam, quod in terminis preteritis propter temporis angustiam et quedam oportuna tunc vobis imminentia necessaria nequiuistis comparere. Nos itaque oblacionibus vestris et submissionibus tam deuotis nobis per dictos nunccios vestros oblatis benigniter et cum pietate regia attentis, vt nobis nihil possit obijci de iusticia. Sed nostra semper equitas cunctis innotescat, vos tam per presentes litteras nostras quam nunccios nostros solempnes strenuos et nobiles milites fideles dilectos Johannem de Cles et Domerath terminum coram nobis peremptorium et finalem super his, que vobis coram preclarissimo fratre nostro domino Alexandro etc. et aliis prelatis et baronibus ac proceribus nostris iudicialiter opponeremus, et ad super festum sancti Martini con-

[1] Nach dem ganzen Zusammenhang kann das nur Bistrzyca sein. Also von dort — s. weiter unten in diesem Schreiben — und nicht von Brześć (wie Długosz XI, 488 hat) wurden zwei ‚Barone' mit dem Ultimatum des Königs und des Reichstags geschickt.

Digitized by Google

fessoris proximum, ut coram nobis in Brest Russie vel iuxta et de prope in loco aliquo campestri uel siluestri, si quod absit ciuitas aeris maliciam uel impedimenta legitima patentur, comparere debeatis cum litteris priuilegiis et munimentis, si que super terris Plocensi, Wisznensi, Zawerze, Zacraczimiensi, Czechonouiensi, Wissegrodensi et cum omnibus et singulis attinenciis et pertinenciis ipsarum, que felicis memorie dominus Kaz(imir)us rex Polonie predecessor noster dum viueret in humanis vsque ad extremum vite sue possidebat[1], vt sciamus,
78 b qualiter dicte terre cum suis castris ciuitatibus | opidis et villis ac districtibus ceterisque ipsorum attinenciis, quorum nobis debebatur successio, possessioni vestre accesserunt, nec non et aliis super terris Russie videlicet Belzensi et ipsius omnibus attinenciis et appendiis ac castro Crzessow et bonis suis que a nostra maiestate vos, frater noster princeps domine Semouite, dicitis habere[2] et cum aliis iuribus libertatibus et immunitatibus ab antecessoribus nostris vobis prestitis et concessis, si que vobis prestiterunt, scientes quod vestra non obstante contumacia prout nos nostrorum principum prelatorum, baronum et procerum ac iuris et iusticie docebit persuasio et presidentium decreta informabunt, contra vos procedemus. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Datum in Skoki feria III. ante translacionem sancti Stanislai etc. anno domini etc. XXV.

XCIII.

Littera compassionis Romanorum regis super offensa pedis domini regis Polonie.[3]

Sigismundus etc. Serenissimo principi salutem et fraterne dilectionis continuum incrementum. Serenissime princeps, frater

[1] Eine ganze Reihe von Urkk. gehört hierher, die alle zusammengestellt sind v. Caro Gesch. Pol. II p. 287—306, aus denen zugleich, wie oben angeführt, der Schatten von böhmischer Anwartschaft auf das Herzogthum Mazowien klar wird.

[2] Die Urkk. im Kodeks Mazowiecki (ed. Lubomirski) No. 125 p. 117. No. 126 p. 119. Vgl. Caro Gesch. Pol. III, p. 149.

[3] Der Brief enthält, wie man sieht, mehr als die Ueberschrift andeutet. Dass der König auf der Bärenjagd ein Bein gebrochen, erzählt auch Długosz H. P. IX, 489, und dass er lange krank gewesen u. sich hätte tragen lassen müssen, ein Schreiben des Ordensspittlers an den Hochmeister vom 2. Mai 1426 im Königsberger Geh. Archiv Voigt Gesch. Prss. VII, 484.

Digitized by Google

carissime! Audita v. s. valetudine et casu lugubri tanto maiore dolemus amaritudine animi, quanto ex sinceritate cordis incolumitatem vestram magno desiderio preoptamus. Sperantes in domino, quod ipse qui percutit et medetur, cito manum porriget sospitatis et dabit cum temptacione prouentum. Ceterum vt v. s. sit particeps nouorum nostrorum emergentium, conuocatis ad nos versus Wiennam sacri Romani imperii electoribus et aliis principibus ecclesiasticis et secularibus comitibus nobilibus et ciuitatum communitatibus cum his, qui tunc nos personaliter attigerunt, bonum nuncciantes et votiuum principium iuxta ipsorum consilium alium terminum ad Nurembergam posuimus prima videlicet die May, vbi infallibiliter omnes convenient electores et alii principes comites et communitates, ad quos etiam nostram solempnem ambasiatam cum plena auctoritate transmittimus, vbi sicut certi sumus modus tenebitur, quod heretici auspice domino forti potencia ad fidei vnitatem vel sponte conuersi seu conculcati penitus reducentur, vt sit vna fides vnus pastor et vnum | ouile. Insuper quemadmodum dudum poposcimus a v. s. 79a
ac etiam fratre nostro Wytoldo, ut pro certis mutuis tractandis negociis ad nos vestram legacionem velletis transmittere, miramur plurimum, quod tanta mora feruntur nec veniunt, ut sciamus nos regere in agibilibus affuturis. Ideirco dileccionem vestram affectuose rogamus, quatenus eosdem nunccios vestros celeriter expeditos velitis transmittere sine mora, gratum nobis indicium in eo ostendentes. Datum Wienne feria II. post Judica anno XXVI.°

XCIV.

A. *Priuilegium domini regis Polonie super donacione rippe molendini Lubicz tale (?) datum.*[1]

Nos Wladislaus dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiauie, princeps supremus Lythuanie, dominus Pomeranie et heres Russie Significamus tenore presencium quibus expedit uniuersis, quomodo pre-

[1] Ueber diese durch eine Drohung Witolds erzwungene Schenkung des Königs an den Orden, vgl. Voigt, Gesch. Preussens VII, 482 ff. u. Caro Gesch. Pol. III, 600. Ein schlechter Abdruck der beiden Briefe bei Raczyński, Cod. dipl. Lith.

Digitized by Google

clari et incliti fratris nostri carissimi domini Allexandri alias Witoldi magni ducis Lythwanie precibus et instanciis sollicitati et permoti, cuius votis libenter adnuimus, quocienscunque mutue dilectionis inter nos affectus in mentis archano revoluimus et feruentis caritatis erga nos amplexus contemplamur, molendinum in fluuio Drwancza, Lubicz nuncupatum, quod ad nos ex vi cuiusdam sentencie[1] serenissimi principis domini regis Romanorum et Hungarie Dalmacie regis fratris nostri carissimi et contractus pacis perpetue inter nos regnum nostrum et terras Prussie initi et firmati et quorundam aliorum jurium et pactorum virtute pertinebat, damus sibi et largimur omnimodam et integram potestatem magnifico Paulo Rusdorff magistro generali ordinis Cruciferorum et ipsius ordinis Cruciferorum de Prussia perpetuo assignandi et tradendi, ita autem, quod dictum molendinum nunquam in aliquod fortalicium, propugnaculum, municipium erigetur, sed illud iugiter et in ewum cum rotis pendentibus ad vsum dumptaxat molendini in edificiis ligneis et non in aliis semper remanebit. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Actum et datum Lancicie
79b feria V^ta^ infra octavas Penthecostes | anno domini millesimo CCCC XXVI principibus, prelatis, baronibus, proceribus terrigenis et nobilibus regni nostri Polonie et aliis nostris fidelibus presentibus. Dominus rex per se.[2]

B. *Sub forma infrascripta tale priuilegium receperunt signo maiestatis domini regis communitum.*

Wladislaus etc. Significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quomodo preclari et Incliti principis domini Allexandri alias Witoldi magni ducis Littuanie fratris carissimi precibus et instanciis sollicitati et permoti, cuius votis, semper

[1] In dem Breslauer Schiedsspruch K. Sigismunds v. J. 1420 (Dogiel C. d. Pol. IV, 101—108. und Dzialyński, Lites I 2 p. 53—62) heisst es: Item pronunciamus .... quod magister generalis et ordo teneantur et debeant destrui demoliri facere castra Lubocz cum molendino quodam in Drwancza fluuio infra sex menses proximum futuros a die date presencium continue computando ita quod aqua habeat cursum et meatum suum sicud habebat ante construccionem dicti castri et molendini.

[2] Diese Bezeichnung deutet an, dass der Reichstag sich anfangs weigerte, die Schenkung anzuerkennen. S. Długosz Hist. Pol. IX, 488 u. 491.

Digitized by Google

et libenter adnuere consueuimus, quociencunque mutue dilec-
cionis inter nos affectus in archano cordis nostri recolimus, damus
et largimur omnimodam et integram potestatem venerabili et
religioso domino Paulo de Rusdorff magistro generali ordinis
Theutonicorum et ipsius ordini de Prussia molendinum in fluuio
Drwancza Lubicz nuncupatum quondam per sentenciam sere-
nissimi principis domini Sigismundi Romanorum regis fratris
nostri carissimi demollitum et destructum, viceuersa in eodem
loco edificandi et faciendi, habendique et tenendi vtifruendi et
cum omni Jure et dominio possedendi perpetuis temporibus et
in ewum, prout et prius hoc ipsum habuerunt et tenuerunt,
nichil penitus excludendo in eodem molendino. Harum quibus
sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Datum
Lancicie feria quarta[1] proxima post festum penthecostes anno
domini etc. XXVI. Dominus rex per se.

XCV.

A. *Littera ad dominum nostrum papam ex parte domini magni ducis in promocione vicecancellarii debet scribi et, si in aliquo mutabitur, petatur copia mutandorum.*[2]

Beatissime pater et domine benignissime! Ex quo prelati
et canonici ecclesie Poznensis nuper eleccioni futuri episcopi et
pastoris ecclesie predicte intenti in eleccione non poterant esse
concordes, propter quod ad serenissimum principem dominum
Wladislaum regem Polonie fratrem meum carissimum atque mea
consilia recurrerunt suis expetentes votis, vt de persona | vtili 80a
ecclesie predicte vnacum fratre meo predicto prouideretur, de
quo non dubito s. v. predictum fratrem meum lacius descrip-
sisse, et quia nullum alium in hoc temporum cursu, quo ma-
licia aduersus ecclesiam dei sanctam et eius supposita proch-
dolor inoleuit, preterquam wenerabilem dominum Stanislaum
Czolek vicecancellarium regni Polonie fratri meo predicto et
mihi gratissimum vtiliorum vnacum fratre meo predicto repu-
tamus, quapropter s. v. humiliter et deuote supplico per pre-
sentes, quatenus de predicta ecclesia Poznensi eidem domino

[1] Kann auch sexta gelesen werden.
[2] Vgl. die Einleitung.

Digitized by Google

Stanislao, qui de virtute in virtutem gradiens in curia fratris mei predicti militando queque grata et vtilia ecclesiis procurabat iuridice, dignemini prouidere precum tam fratris mei predicti quam mearum, quas s. v. ex sincerissimo affectu porrigo ob respectum, per sui namque prouisionem gaudebit ecclesia et populus colletabitur vniuersus ipsaque ecclesia auctore domino in spiritualibus et temporibus votiua suscipiet incrementa, personam v. s. dignetur etc.

B. *Cardinali ex parte domini magni ducis.*

Reuerendissime in Christo pater, amice noster carissime. Ex quo prelati et canonici ecclesie Poznensis in eleccione futuri ipsorum episcopi et pastoris fuere discordes ita, quod propter discordie materiam disposicio eiusdem ecclesie prout iurisperitorum informamur relacionibus ad sedem apostolicam censetur deuoluta, prout extensius serenissimus princeps dominus Wladislaus etc. domino nostro pape et v. p. scribit, quapropter vestram reuerendam paternitatem petimus attencius, quatenus posse vestrum impendere apud sanctissimum dominum nostrum papam dignemini et ei supplicare, vt de dicta ecclesia venerabili domino Stanislao regis Polonie vicecancellario nobis gratissimo, cuius virtutes et merita v. p. credimus fore cognita, prouidere dignetur. In consolacionem et contemplacionem nobis ac fratri nostro predicto gratissimam iugi tempore ingiter gratibus rependendum; per sui namque prouisionem ecclesia predicta etc. ut supra.

Allexander alias Witoldus magnus dux Lythwanie.

XCVI.

80b | *Ex parte domini regis ad dominum papam infrascripta notula debet scribi.*

Beatissime pater domine benignissime! Nuper defuncto bone memorie domino Andrea ecclesie Poznensis episcopo et pastore prelati et canonici eiusdem ecclesie capitulariter convenerunt in vnum, ut de futuri ecclesie predicte pontificis et pastoris eleccione tractarent, demumque tractacionibus capitularibus inter se habitis in eleccione huiusmodi fuere discordes. Qui quidem prelati et canonici discordie materiam taliter subortam amputare

Digitized by Google

salutique et tranquillitati ecclesie predicte, ne longe vacacionis exponeretur incomodis, prouidere cupientes ad mea tanquam patroni et tutoris nec non preclari principis fratris mei carissimi consilia respectum habentes recurrerunt, confisi, quod disponente domino, cuius prouidencia in sui disposicione non fallitur, per utriusque nostrum media predicte ecclesie talis persona daretur, cuius sollicitudine in hoc malo temporum cursu, quo ecclesia vbique terrarum hostium patitur incursus, dampnum et iactura ecclesie ac personarum posset ammoueri. Quorum respectum taliter ut premittitur in vtriusque nostrum ampletens venerabilem Stanislaum regni mei vicecancellarium gratissimum, qui in curia mea a XXVI annis vel citra militando queque ecclesiarum accomoda vigilancie suo studio procurabat, quo nullum alium vtiliorem reputo in episcopum et pastorem ecclesie predicte auctoritate s. v. preficiendum vnacum prefato fratre meo nominauimus. Sed quia per lapsum fatalium et etiam per reseruacionem generalem prouisio ordinacio seu queuis alia disposicio ecclesie predicte ad s. v. deuoluta esset dinoscitur. Quapropter ad pedes s. v. recurro humiliter et deuote supplicans per presentes, quatenus de ecclesia predicta taliter ut premittitur vacante prefato Stanislao tamquam benemerito de plenitudine sedis apostolice intuitu mearum precum presentium pro ipso, quas s. v. ex toto corde meo et affectu virtutum suarum exigentibus meritis offero, misericorditer prouidere dignemini, de cuius statu condicione et meritis s. v. reuerendissimus in Christo pater dominus B(randa) Placentinus communiter nuncupatus latius poterit informare personam etc.

XCVII.

| *Domino duci a Czol(kone).* 81a

Serenissime princeps! et domine graciosissime! licet peticiones s. v. capitulo Poznaniensi pro me misse suo in hoc sint frustrate effectu, quod discordia inter capitulares interveniente eleccio de me non fuit celebrata, nec de aliquo altero mecum per regiam maiestatem nominato; domini etenim capitulares fuere diuisi et discordes quidam pro vna, quidam pro alia et quidam pro mea personis vota sua direxisse optantes. Tamen quia eis nullus modus videbatur aptior ad tollendum discordie

Digitized by Google

materiam quam regie maiestatis atque s. v. eleccionem cum eius effectu arbitrio committere, quapropter regie maiestatis et vestre s. ordinacioni eleccionis negocium commiserunt, taliter ut pro quocunque regia maiestas atque s. v. domino nostro pape scripserit et idem dominus papa ad scripta vtriusque vestrum sibi de ecclesia Poznaniensi prouiderit, hunc habebunt pro ipsorum episcopo et pastore. Cum itaque regie maiestati et v. s. omnimoda potestas, futurum episcopum dandi per dictum capitulum data et reseruata existat, v. s. humiliter et deuote supplico per presentes, quatenus promocionem, quam s. v. pro me non meis meritis exigentibus sed vestre pietatis habundancia incepit facere, prosequi continuare et felici in domino presagio finire et terminare laudabiliter dignetur. Scio enim, quod dominus noster papa predictus vtriusque vestrum precum intuitu nichil in preiudicium iuris patronatus vestri attemptabit visis scriptis vestris, quinymo in eodem iure vos saluos et inconcussos conseruabit, propter quod et si ingenii mei prauitas de tanti fauoris plenitudine erga me tanquam immeritum extensam, s. v. grates debitas reddere non sufficit, insufficienciam tamen meam dignetur supplere dextera diuine pietatis, quam incessanter cum omnibus meis exoro et exorabo pro vtriusque vestri nominis sospitate. De ceteris autem honorabilis dominus Jo(annes) Balon capellanus regie maiestatis s. v. informabit, cui fidem in dicendis dignemini adhibere creditiuam. Datum in Poznania sabato ante festum Martinum anno etc. XXVI^to^.

XCVIII.

81b | *Littera domini Zauissy ad dominum magnum ducem, in qua arguit capitulum Poznaniense, quod non in dominum Stanislaum Czolek eleccionis voces direxerunt.*

Excellentissime princeps illustris domine graciose! Nescio quibus seruiciis aut gratibus prestantissime vestre benignitati rependam tot fauores et beneficia, que non solum in meam personam sed in meos fratres et consanguineos liberali munificencia a vestra claritate defluxerunt. Nuper dominus Stanislaus Czolek regis Polonie vice cancellarius frater meus amicalis germanus v. s. deuotus capellanus et orator singularis sua mihi detexit epistola s. v. dignas referendo graciarum acciones, quod

Digitized by Google

licet immeritum tot ipsum fauoribus s. v. prosequatur, vt pro ipso litteras capitulo Poznaniensi efficacissimas destinasset, quatenus eleccionis voces singuli, qui vestrarum graciarum vellent esse compotes et fauoris, in ipsum direxissent et quamquam male consulti requisicionem v. s. noluerunt suscipere, tamen ipse vicecancellarius tantas fauores s. v. representat acsi illum episcopatum vel quecunque maiora interventu dignacionis vestre possideret. Sed nimirum satis me exaggerat dominorum capitularium Poznaniensium temeritas an dicam presumpcio, tanti domini et benefactoris, cuius intercessionibus et graciis multa susceperunt compendia, precatus magnificos admittere comtempserunt, cuius preceptis non minus quam regiis parere debuerunt pariter et gaudere, quod princeps tante magnificencie humilitati eorum non dedignatur sua vota porrigere et fauores pollicetur liberalitatis sue impertiri, cuius requisicionibus ne dicam precatibus reges et principes vniuersi orbis parent, vere singulare reputo genus demencie a tanto benefactore requisiciones contempnere, quem ipsi cum precibus et oracione debuerunt requirere, vt ex eius manibus et promocione personam placitam sibi reciperent, cuius suffragiis ipsi et ecclesia eorum debitis posset incrementis gratulari. Supplico itaque s. v., ut eorum importuna dissensio non transeat, ne gaudeant contra tante celsitudinis | magnitudinem comodum reportare, dignetur in pro- 82a
mocione prefati domini vicecancellarii prout incepit v. s. permanere, et serenissimo domino regi persuadere, vt quemadmodum verbi sui cuilibet promissi indesinens et immutabilis existit prosecutor, et hunc seruitorem vtriusque vestrum et regni ac corone deuotum et fidelem, qui a multo iam tempore portando onus dici et estus seruire non cessauit in hac promocione non deserat sed sicut incepit piis auspiciis persequatur a deo meritum recepturi, hic autem ab hominibus honorem et gloriam. Et sciant illi vestrarum requisicionem contemptores, quod peticiones vestre sunt precepta et ceteri habeant hoc pro exemplo peticionibus vestris non minus quam preceptis obedire. Dignetur altissimus v. s. in longitudine dierum conseruare. Datum in Rosno feria VI^{a} ante festum beati Andreae apostoli.

Zauissius.

Digitized by Google

XCIX.

Littera domini apostolici pro domino Miraskone ad dominum regem Polonie.

Martinus etc. Carissimo in Christo filio Wladislao Polonie regi illustri salutem et apostolicam benediccionem. Dudum cum bone memorie Andreas episcopus Poznaniensis degeret in humanis[1] de statu ecclesie sue sollicitus, vt desiderans eidem dignum et ydonem successorem prefici, antequam ex hac vita migraret, ipsam in manibus nostris resignare voluit ac pro testimonio et signo certissimo voluntatis sue sufficiens procuratorium misit et anulum, quo ipsum cum munere consecracionis impenso desponsauimus, supplicans cum instancia, vt resignacionem huiusmodi admittere dignaremur, et de persona dilecti filii Miroski tunc prepositi Gneznensis familiaris nostri prefati ecclesie Poznaniensis prouidere, ipsum enim adeo sibi cognitum et probatum non dubitabat ad huiusmodi episcopalem dignitatem ydoneum et ipsi ecclesie fructuosum pastorem esse futurum. Nos autem nunquam voluimus huic suo licet honesto desiderio
82b prebere assensum | quia res videbatur indigna, quod talis prelatus in vita dignitate sua deberet puncto temporis remanere priuatus, verum cum postea casus acciderit, vt per ipsius Andree obitum prefata vacaret ecclesia, considerantes iudicium suum de sufficiencia dicti Miroslai (sic!) et eius virtutes et merita nobis ex diuturna familiaritate et conseruacione notissima et attendentes maxime, quod idem Miroslaus celsitudinis tue fidelis et deuotus et apud nos negociorum omnium pro honore et commodo et statu serenitatis tue et regni tui director diligentissimus existit, motu proprio non ad suam uel alterius pro ipso supplicantis instanciam prefate ecclesie Poznaniensi de ipsius persona prouidimus. Nec mireris, fili carissime, si in hac prouisione non expectauimus eleccionem seu significacionem aliquam voluntatis tue. Nam preter aliam generalem reseruacionem nobis erat prouisio huius ecclesie specialiter reseruata, propterea quod audet ipse olim episcopus noster familiaris et continuus

[1] Andreas Lascari von Goslawice bekannt als Vertreter Polens auf dem Concil zu Constanz, v. d. Hardt, A. C. II, P. V, 170 u. 181, starb am 24. August 1426.

Digitized by Google

commensalis, dum essemus in minoribus constituti et post assumpcionem nostram ad apicem summi apostolatus, referendarius et officialis noster extiterit. Quare si vsi sumus speciali quodam iure proprio de re ecclesiastica in regno tuo ponentes in loco familiaris et officialis nostri alium etiam nostrum familiarem et officialem nobis et excellencie tue fidelem, merito debet hanc nostram prouisionem tua regalis sublimitas gratam habere et se disposicioni nostre conformare, quod ut libenti et prompto animo facias, celsitudinem tuam hortamur, requirimus et rogamus, presertim cum plures alias prouisiones ecclesiarum diuersis temporibus de tua voluntate fecerimus, ita quod in hac vna nobis grata teneris votis nostris te etiam promptissimum exhibere, significantes eidem celsitudini, quod si qua fieret resistencia, quam fieri posse non speramus deuocionem et fidem tuam regiam erga nos et ecclesiam cognoscentes, nobis plurimum | displiceret, qui nullo modo vellemus te contemptorem nostre 83a
et sedis apostolice auctoritatis reputari, quem habemus et tenemus in primis Christianitatis principibus obsequentissimum nostre voluntatis et honoris ecclesie. Super his autem nonnulla tibi nostri parte referret dilectus filius Matthias de Clapaw canonicus Poznaniensis, cui velis in dicendis credens adhibere plenam fidem. Ceterum cum deus omnipotens iam fuerit prouectam etatem tuam secundo genito consolatus, sicuti iam percepimus ex litteris tuis de ipsius natiuitate, suscepimus leticiam singularem, pro cuius conseruacione humiles porrigimus preces altissimo tanti muneris largitori, et carissimam in Christo filiam nostram Zophiam Polonie reginam illustrem consortem tuam magis magisque diligimus, cum videamus ex eius castissimo et fecundo vtero nobis et ecclesie filios et reges ac gubernatores multorum fidelium per dei graciam preparari. Datum Rome apud sanctos apostolos XVIII Kal. Nouembris anno nono pontificatus.

C.

Prouisio domini magni ducis.

Allexander etc. Reuerendo etc. in domino salutem. Petimus vestram reuerendam paternitatem presentibus diligenter, quatenus discretum N. vti accepimus deuotumque et ydoneum, pro quo nobis in sui recommendacione per nonnullos fidedignos

Digitized by Google

supplicatum extitit, gracia almi spiritus motum sacros ordines suscipere satagentem ad eosdem ipsum omnes ad nostram prouisionem velitis benignius promouere. Datum etc. sub appensione nostri sigilli.

CI.

A domino Czolkone secretariis domini magni ducis.

83b Spectabiles et egregii domini precipui! Et si v. d. | graciarum acciones referam, illas reuera lingwa imbecillis est exprimere et calamus insufficiens est exarare, expertis enim cognosco iudiciis, quod non preces fauores aut precum seu munerum oblacio vos a caritate et promocione, quibus me prosequi incepistis, retrahere poterant, quinymo constanti animo et solida virtute in promocione mea aspiratis, propter quod oro altissimum, vt imperfectum meum ex sui pietate supplere tempusque meum ordinare dignetur, quo gratis rependiis tante promocionis antidote valeam compensare. Sed ne promocionum vestrarum primordia coram serenissimo principe domino Allexandro domino nostro graciosissimo suo frustrentur effectu aut alicuius medio impediri, v. d. supplico per presentes attentissime, quatenus promocionis vestre principia auctore domino taliter mediare dignemini, quod legitime fine et laudabili valeant terminari. In regia enim maiestate et prefato magno duce totius mee spei posui fundamenta, per que sanctissimus dominus noster papa poterit inuitari induci atque flecti iuxta tenorem minute, quam v. d. dirigo presentibus inclusam pro libito vestre voluntatis corrigendam supplendam et minuendam. Quam purgatam et prefati domini ducis sigillo communitam peto mihi dirigi Cracoviam per presentem ostensorem. Datum festinanter in Poznania feria VI^{a} ante Martini anno etc. Stanislaus Czolek Custos (sc. Gnesnensis)

CII.

A domino Czolkone ad dominum ducem Witoldum. [1]

Serenissime princeps illustris domine excellentissime et graciosissime! S. v. nunccius veniens hic cum litteris prelatis

[1] Es ist recht sehr zu beklagen, dass der Vicekanzler über die Substanz der ihm zur Vorlage für den Reichstag von dem Grossfürsten überant-

Digitized by Google

et baronibus, qui in Sandomiria nuper conuencionem celebrauerunt, scriptas ipsas mihi in absencia capitanei Cracovie et aliorum serenissimi | domini regis consiliariorum presentauit, 84a
quas cum omni reuerencia suscipiens ad dominum capitaneum predictum, qui tunc in Niepolo(mic)e iacebat egrotus, subito destinaui et ipse in crastino easdem mihi remisit obseruandas vsque ad presenciam dominorum, qui hic ad hoc colloquium generale conuenirent, qui in diuersis locis domorum et alias dispersi aliter colligi nequiuissent. Pridie autem dominico hoc est in festo purificacionis etc. quidam dominorum non venerunt, postquam autem singuli, qui in Sandomiria in conuencione fuerunt, conuenerunt et in simul consederunt, continuo iuxta s. v. preceptum omnibus attendentibus litteras huiusmodi legi ad verbum clara voce, et perlectis de responso sollicitaui, quod v. s. idem nunccius reportabit et quecunque s. v. alia mihi deinceps imponet, semper cum deuocione humili et fideli pronus adimplebo. Ex respondendo dominorum predictorum s. v. colliget, et in hoc intencionem ipsorum residere cognoui, quod pro illis terrigenis Russie etc. tantas intercessiones apud serenissimum dominum regem etc. decetero nec ponent nec s. v. displicebunt. In aliis autem negociis, que per dominum Domerath sunt exposita ipsis et in copiis quarundam litterarum per me similiter eisdem lectis demonstrata in absencia aliorum dominorum videlicet Maioris Polonie responsa differre decreuerunt, cum quibus antequam respondeant, communem conuencionem de annuentia prefati domini regis etc. et requisicione facere conceperunt, in aliquo certo loco eligendo, qui vtinam sic s. v. esset accomodus, ut possit illum accedere et conuencioni adesse.

---

worteten Gegenstände sich so geheimnissvoll zurückhaltend äussert. Weder wissen wir, was für ‚intercessiones pro terrigenis Russie' Witold gewünscht habe, noch was für heiklige Dinge, die ‚dem Reich und der ganzen Krone zum Nutzen gereichen könnten' von ihm angeregt sein mögen. Ueber den Geschäftsgang aber und für die hinter der Coulisse des Parlaments vorgehenden Manipulationen giebt dieser Brief ein bezeichnendes Schlaglicht. — Betraf der zweite Gegenstand vielleicht die gegen den Leumund der Königin umlaufenden Verdächtigungen?? Von dem ersten die Russen betreffenden finden wir eine Andeutuug im Schlusse des nachfolgenden Berichtes des Königs an den Grossfürsten (Nr. CIII) in den Worten: terrigene Russie in magna multitudine ante solium nostrum venerunt et proni ante faciem nostram ceciderunt petentes, ut ipsis illum excessum quo . . . Zum Unglück aber bricht hier die Mittheilung ab.

Digitized by Google

Non dubito, quod omnibus varietatibus et diuersitatibus animorum cessantibus in vnitate concordi omnium desideria s. v. tam iustissime concepta regno et toti corone profutura finem bonum sortirentur et omnia alia oportuna regni negocia, que fluctant sine fine, desiderabilis v. s. presencia stabiliret. Quecunque enim res consiliis et arbitriis s. v. diriguntur, auspiciis
81a diuinis semper execucione | perficiuntur felici et profectus regni crebrescit ex ipsis, quotiens autem in eis deficiunt, raro durare consueuerunt. Sentio enim, quod inscripciones, quarum hic copie aliquotiens fuerunt reuolute in absencia s. v. et serenissimi fratris vestri domini regis etc. disceptacione non carebunt, quia multi propria capita sectabuntur. Sed ad presenciam s. v. et fratris vestri innotescent, prout cottidiana sepenumero expergencia hoc monstrauit. Consultum igitur arbitrarer, vt hec conuencio celebranda deprope confinia dominiorum s. v. poneretur, vbi pro oportunitate ardua s. v. facilis pateret accessus. Si quis enim in varias se vellet transferre differencias, postquam in propinquo uel in presencia serenitatem vestram sentiret, mox alia vteretur qualitate. Que si sunt accomoda alta prouidencie vestre exquirat sapiencia' et suscipiat, quantum volent vnacum oracionibus et seruiciis meis humilibus et deuotis, quas altissimo pro sanitate et successibus felicibus s. v. semper fundo. Datum Cracovie in die sancte Dorothee feria V^ta^ anno etc. XXVII°.

CIII.

Littera domini regis ad ducem magnum notificando sibi patracionem omagii per duces Mazovie sibi et corone Polonie facta.[1]

Preclare princeps illustris frater noster carissime! venientibus hic nobis Sand(omiriam) sabbato ad noctem in vigilia nativitatis beate Marie virginis et duces Mazovie Semouitus

[1] Der Tod Ziemowit IV von Masowien hatte nach den Vorgängen der letzten Zeit (vgl. ob. Nr. XCI u. XCII) die Huldigungsfrage zu einer besonders brennenden und für die Krone principiell sehr wichtigen gemacht. Dieser interessante Bericht zeigt uns, wie dieser für die Reichseinheit sehr gefährliche Zwischenfall seinen Abschluss gefunden hat. Das genaue Datum des Berichts ergeben die einleitenden Worte: den 8 September 1426. Was die Schlussworte angeht, vgl. die vorhergehende Nr. CII.

Digitized by Google

T(royden) et Wladislaus[1] et soror nostra Alexandra mater ipsorum etiam venit, que cum ipsis in presenciarum (!) non est in bona concordia propter quasdam differencias inter ipsos pro bonis exortas; dum autem coram nobis constituerentur ijdem principes, mox cum nostris | consiliariis congregati dictos prin- 85 a
cipes requisiuimus, vt quemadmodum ipsis terminum ad patrandum nobis omagium de Lancicia, vbi fuerunt apud nos constituti, prefiximus et non super aliis preter omagium, negociis illud nobis prestitissent continuo; at ipsi in conspectu nostre maiestatis constituti dixerunt, quod ipsi nunquam habuissent aliquem terminum coram nobis ad praestandum omagium, sed bene fatebantur ipsum habuisse ad tractandum alia quedam negocia defectus iniurias et dampna ipsorum tangentia et ad hoc in presenciarum venerunt et non propter alia, postea post multas altercaciones dixerunt, quod vellent prius audiri et postea votis nostris et interrogacionibus respondere. Tandem admisimus ipsos ad nostram audienciam et ipsos audire decreuimus, dum autem ab ipsis audissemus, si vellent aut non nobis patrare omagium. Sed dum nihil prius vellent nobis respondere, nisi audirentur a nostra maiestate, hos non aliter ipsos non valentes euadere consensimus, ut premitterent si quid haberent et tunc statim articulos dederunt in scriptis, quorum copiam v. f. dirigimus, quos in presenti propter prolixitatem ipsorum et multis nobis occupatis dirigere nequiuimus, quibus auditis intellectis et perlectis iterum requisiuimus ipsos, quatenus omagium nobis parare non different. Ipsi autem petierunt, ut ipsis super articulis predictis prius responderemus, quod nequaquam facere voluimus, nisi nobis respondissent, si vellent aut non nobis patrare omagium; tandem quasi coacti responderunt, quod vellent dumptaxat persone nostre sed non corone regni nostri facere omagia allegantes, quod si corone faceremus tunc quilibet de corona posset nos suum omagialem asserere, mallentque magis mortem subire quam tanti pudoris sufferre dispendia, et ita sepissime per nos requisiti de patrando omagio dixerunt, se nequaquam aliter posse facere nisi persone nostre regali et nulli alteri et sic ad hospicia recesserunt. Crastina autem die ad

[1] Ausser den 3 hier genannten Söhnen hatte Ziemowit noch zwei hinterlassen, den Kasimir, der Belz bekam, und den Alexander, der Bischof v. Trient, Cardinal und Patriarch von Aquileja wurde, sowie 5 Töchter.

Digitized by Google

85 b nos aduenientes iterum protestati sunt, | quod vellent omagia facere, si vellemus ab ipsis suscipere, et nos similiter protestati sumus, quod parati sumus ab ipsis recipere omagia, si volunt sic nobis ipsa prestare, sicut prestantur aliis principibus Christianis videlicet personis et coronis ipsarum sicut imperatoris et imperio suo. Post multas tunc cauillaciones vix tandem consenserunt votis nostris tam nobis quam corone nostre vellent omagia huiusmodi facere et prestare, ita tamen, quod circa omnia iura et dignitates ipsorum seruarentur et sub nostram reciperentur tuicionem. His factis heri cum solempnitate nobis in solio maiestatis nostre sedentibus sub corona regia et insignia omnia regalia habentibus vexilla ducalia sua deferentes omagium ante pedes nostros cum multitudine militum suorum prestiterunt et iuraverunt nobis fidelitatem cum omnibus terris et hominibus suis iuxta formam solitam circa omagia obseruarent. Nos vero ipsos suscipientes more consueto recepimus per manus et ipsorum vexillo apprehenso tenentes illud in manibus osculum dedimus eisdem et vexillum restituimus iniungentes ipsis, vt cum vexillo suo nobis et corone nostre fideliter assisterent et pro nostris iniuriis et corone nostre tanquam fortes pugiles dimicarent.[1] Post statim nobis adhuc in solio regali sub dyademate et habitu regio sedentes terrigene Russie[2] in magna multitudine ante solium nostrum venerunt et proni ante faciem nostram ceciderunt petentes, ut ipsis illum excessum quo etc. . . Datum etc. XXVI°.

[1] Bei Dlugosz Hist. Pol. XI, 507 wird unter dem falschen Jahre 1428 statt 1426 der Vorgang so erzählt: Ibi (Sandomiriam etc.) Duces Masouie, Semouithus, Casimirus (?) et Boleslaus (?) Wladislao regi et regno Poloniae in corona et ornamentis regiis in thalamo circa turrim castri Sandomiriensis praeparato cum omnibus suis terris et vasallis fecerunt publicum fidelitatis et subiectionis homagium, vexillis tam suis quam suorum non sine lachrymarum imbre (?) in conspectu regis fractis (??) et in terram proiectis (??) praestito immediate fidelitatis corporali iuramento.

[2] Von der gleichzeitigen Anwesenheit des Erzbischof (Mitropoliten) Photius von Kiew ‚cum magnifico ac splendido apparatu et familia ad disponendum certa ecclesiae suae negotia' spricht Dlugosz a. a. O.

Digitized by Google

CIV.

Littera domini apostolici domino regi Polonie scripta super non denegacione audiencie Bohemis faciende.[1]

Martinus episcopus seruus seruorum dei carissimo in Christo filio Wladislao Polonie regi illustri salutem et apostolicam benediccionem. Nuper ad manus nostras delate sunt certe copie litterarum Sigismundi nepotis tui apud Bohemos hereticos commorantis, in quibus ipse videtur | appetere, ut causa Bohe- 86a
morum predictorum apud nos et sedem apostolicam audiatur, ut te mediatore per hunc modum imponatur tandem finis tot bellicis cladibus et errori. Nos autem, qui tantum scandalum de Christianitate summis desideriis affectamus, licet causa heresis manifeste auditu digna non sit, tamen, ne dicere possint heretici se redire volentes a gremio ecclesie pie matris exclusos fuisse, contenti sumus eisdem postulatam audienciam non negare venientibus per manum et direccionem serenitatis tue vel dilecti filii nobilis viri Allexandri ducis Lythwanie, de quibus plene confidimus, dummodo illi, quos ad nos direxerunt transmittendos, veniant cum sufficienti mandato et plenissima facultate subiendi determinacioni nostre, quam in hac caussa fidei faciemus, se et vniuersos Bohemos, qui heresim istam fouent ita, quod ipsi decetero fideliter pareant nobis et ecclesie et a prefata determinacione non deuient, quam etiam facturi sumus cum consilio plurimorum prelatorum et doctorum ac excellencium magistrorum in sacra pagina, ut mentes omnium in claro veritatis lumine conquiescant, velis igitur fili carissime ad practicam huius negocii per eos modos, qui sapiencie tue videbuntur optimi cum

[1] Von der durch Sigismund Korybut gegebenen Anregung, mit der Curie in Verhandlungen über einen Ausgleich zu treten, weiss auch Palacky Gesch. Böhm. III. 2. p. 424 und zwar durch ein in Verfolg derselben an König Sigismund vom Papste erlassenes Schreiben, das Raynaldi Ann. eccl. a. a. 1427 §. 10 mittheilt. Allein er stösst sich auffälliger Weise nicht daran, dass dieses Schreiben aus Rom den 11 Septbr. 1427 datirt, d. i. aus einer Zeit, da Sigismund Korybut schon von Rokyčana abgesetzt (17. April 1427) in Gefangenschaft gehalten und ausser Landes geführt war (den 9. September). Offenbar ist das Datum bei Raynaldi falsch und 1426 dafür zu setzen; und unser Schreiben hier ist das in dem Briefe an K. Sigismund vom Papst signalisirte. Ein ähnliches wohl auch vom 4. October muss auch an Witold erlassen worden sein.

Digitized by Google

dei gracia deuenire. Et pro informacione tua noueris, quod in simili forma scribimus duci prefato. Datum Rome apud sanctos apostolos IV Non. Octobris pontificatus nostri anno nono.

CV.

Copia littere domini apostolici grauis et odiose domino regi Polonie scripte, que littera antequam presentata esset regie maiestati per quosdam copia eius dudum fuerat premissa. [1]

Martinus secreta.

Carissimo in Christo filio Wladislao Polonie regi illustri salutem. Quanto magis animo et cogitacione reuoluimus ea,
86b que sub tuo nomine scripta fuerunt nobis circa prouisionem | Poznaniensis ecclesie, miramur magis et in ea sentencia confirmamur, quod nequaquam ita ut erant ex tua voluntate et commissione processerunt sed ex tui vicecancellarii ordinacione, pro cuius ambicione et commodo intercedebant, sicut pridie per alias nostras litteras serenitati tue scripsimus. Erant eius ille littere tue plene rancore amaritudinis querelarum penitus aliene a natura et consuetudine tua nec digne, que Romano pontifici a rege katholico scriberentur et precipue nobis a te, qui speciali beniuolencia et caritate in omni quo fuimus statu te semper amauimus et in rebus omnibus, quantum possibile nobis fuit, semper seruimus amplitudini et dignitati tue, nec minus erga nos tuam precipuam deuocionem prospeximus adeo, ut nobis esset sine vlla dubitacione persuasum non tantum de rebus ecclesiasticis, que ad nos pertinent in regno tuo, libere posse disponere, sed etiam in ipso tuo dominio in his, que tue proprie dicionis sunt, aliquid posse mandare. In qua fiducia adhuc sumus et erimus nec dimouebit nos cuiusquam mali swasoris improbitas, illius maxime, qui litteras eas dictauit, in qui-

[1] Schon vordem, am 1 Septbr 1426 hatte der Papst sowohl an den König Wladyslaw als an den Grossfürsten Witold bitterböse und zornige Briefe über denselben Gegenstand geschrieben (Bei Theiner, Monumenta Poloniae II p. 33 No. 47 und p. 34 No. 48), in welchen unser Vicekanzler Stanislaw Ciolek gar arg zugerichtet und als ein vir utique facinorosus bezeichnet wird, so dass die weh- und demüthigen Schreiben des Vicekanzlers an Witold und seine Secretaire (unter No. CVIII und CIX) ihre volle Begründung hatten.

Digitized by Google

bus excellencia tua ita grauiter conquesta est, quod vacanti ecclesie in regno tuo iure nostro prouidimus de persona hominis nobis grati et tua gracia non indigni, de quo plura non scribimus, quia sicut deo placuit ex hac contencione morte subtractus est. Offensa enim mirum in modum videbatur s. tua, quasi posuissemus manum in iure regio tuo ea facta prouisione, antequam alium ad eam ecclesiam nominares, vnde autem tibi hoc sumpseris vel qua racione suggestum sit, quod nominacio episcoporum sit a regibus expectanda miramur, cum hanc prerogatiuam dominis temporalibus nec diuina nec humana iura concesserunt, que Romanum pontificem disposicioni rerum ecclesiasticarum et precipue ecclesiarum kathedralium in vniuerso orbe preesse voluerunt, plerumque tamen celsitudinis tue litteras expectauimus nec alium voluimus quam cum | pro quo scriberes 87a
promouere. Sed quod liberalitatis et gracie nostre fuit, trahi non debet ad debiti necessitatem, verum procedamus ad alias particulas litterarum, que merito mentem nostram et venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium animos conturbarunt. Scribis enim legacionem tuam ad nos cum muneribus venientem ituram dehinc ad regem Aragonum cum his mandatis, que voluissemus ad eum tuo nomine proponendis, audita prouisione, quam feceramus de Poznaniensi ecclesia tuo iussu fuisse retentam, quasi legacio ipsa non in nostrum et ecclesie dei sed in vicecancellarii tui fauorem veniret, vt ad prefatam ecclesiam Poznaniensem premoueretur. Nam si erat ad maius et gloriosius regie deuocionis affectum ordinata legacio, causam quare fuerit retenta non videmus, nisi forte hoc dic[i] velis, quod certe non credemus, te indignacione commotum propterea quod non esset satisfactum de illa ecclesia ambicioni vicecancellarii tui huiusmodi legacionis mittende propositi penitere, quod quantum honori tuo conueniat, tu ipse considera diligentius, quam considerauit ille qui scripsit, a quo etiam mentio de muneribus tam inepta et impudenter est facta, ut nichil ineptius uel impudentius dici posset, simul enim et nostrum ledit honorem et tuum innuens, quod sperares obtinere posse a nobis quod velles largicione non gracia et caritate nostra et cum sperare desieris prouisione iam facta munera tenuisti. Hec cogitacio quidem et tenuis indigna prorsus homine liberali et honesto, quantum ab altitudine tui regalis animi aliena sit non ignoramus, sed tantum ita alterius vitio scriptum est, ut hoc

Digitized by Google

plane in illis litteris intelligi et profici videatur. Ceterum qualitercunque res fuerit de ordinacione legatorum in nostrum et ecclesie commodum et honorem, gracias referimus humanitati et deuocioni tue de eorum retardacione excusacionem quam velimus accepimus, dona insuper tua pro acceptis habemus sicut ea, que aliquando recepimus a munificencia et liberalitate tua, in quibus quamuis essent elegantissima et preciosa magis semper considerauimus et gratiorem habuimus tuam optimam voluntatem et fidem, quas sinceras et integras cum tenere non dubi-
87b temus | de aliis muneribus non curamus. Et per graciam domini qui affluenter dat omnibus nec improperat non egemus dispositi quantum cum deo poterimus more nostro tuis desideriis nos beniuolos et propicios exhibere. Datum Rome apud sanctos apostolos VI Idus Aprilis anno X°.

CVI.

Responsum Theobalde J de Curio secretum scribendum quam cito P. de Magio. [1]

Martinus episcopus seruus seruorum dei carissimo in Christo salutem et apostolicam benediccionem. Duas litteras s. tue nuper accepimus de manu dilecti filii Sigismundi notarii et nuncii tui, in quarum vtraque cum filiali fide et humilitate significas te dolere, primum quod nunccius tuus, quem ante iam miseras pro ecclesia Poznaniensi, reuersus fuerat ad te sine responso, deinde quod senseras nonnullos maliloquos de excellencia tua in nostra curia fuisse turpiter oblocutos, quibus tuis litteris respondemus, quod semper et libenti animo et leto vidimus nunccios tuos litterasque perleginus, quas vere et racionabiliter potuimus iudicare tuas esse. Sed super prouisione prefate ecclesie respondemus dilectis filiis nunccüis tuis hic existentibus, qui si voluerint sublimitatem tuam poterint veraciter informare, in qua prouisione si videmur a tuis desideriis dissentire, non facimus quia alienatus sit animus noster a te quem prosequimur et prosequemur semper eadem beniuolencia et

[1] So steht in der Handschrift; aber was es zu bedeuten hat und wer die Personen sind, kann ich nicht angeben. Wie das Datum übrigens zeigt, ist die sog. Provision, von der der Papst spricht, nicht für den Vicekanzler sondern für dessen Gegencandidaten erfolgt. Vgl. die Einleitung.

Digitized by Google

caritate. Sed mouet nos recta racio dignitatis ecclesie Romane et consideracio honoris tui. Ceterum de aliqua turpi oblocucione habita aduersus te nichil unquam audiuimus, neque enim quemquam ita temerarium et impudentem esse putamus, qui presumeret palam de serenitate tua obloqui, cuius tanta est apud nos et venerabiles fratres nostros sancte Romane ecclesie cardinales existimacio, quanta esse potest de aliquo rege vel principe Christiano. Igitur fili carissime, ne turberis nec tibi in mentem veniat te tantum et talem regem ita benemeritum de fide Christiana, quam constat tuis iustis operibus | auctam 88a
et propagatam fuisse, a nobis potuisse aut vnquam posse contempni, qui te semper et regias virtutes tuas magnifecimus et sic dum vixerimus faciemus. Sed cum odiosi tibi sint et merito esse debeant, si qui forent tue celsitudinis detractores, non minus abhorreat adulatores, qui tibi pro suis comodis blandiuntur et contra veritatem multa confingunt, vtrumque eorum hominum genus est pessimum. Sed adulatorum periculosius et ideo diligentius est timendum. Datum Rome apud sanctos apostolos VIII Idus Junii pontificatus nostri anno X° anno domini XXVII.

CVII.

A) *Tenor littere domini magni ducis ad dominum apostolicum in facto ecclesie Poznaniensis de qua domino Stanislao prouidere dissensit scripte.*[1]

Beatissime pater et domine benignissime. S. v. bullatas vnacum copia cuiusdam alterius littere serenissimo principi et domino domino Wladislao regi Polonie etc. fratri meo carissimo misse recepimus cum honore, quarum significatis bene intellectis et digestis tanto vehementius meus turbatus est animus, quanto pudorosius peticiones tam prefati domini regis quam mee s. v. in omni mansuetudine et humilitate pro venerabili domino Stanislao Czolek oblate passe sunt repudium, offert se s. v. in

[1] Diese beiden Briefe des Grossfürsten müssen in der Zeit zwischen dem 15 October 1426, da der Papst anzeigt, dass er den Gegencandidaten des Stanislaw Ciołek vorziehe, und dem 6. Juni 1427, da der Papst wieder versöhnlich an den polnischen Hof schreibt, abgefasst sein. Ihr scharfer und ironischer Ton führt auf die Vermuthung, dass sie das geheime zornige Rügeschreiben vom 8 April 1427 (ob. No. CV) provocirt haben.

Digitized by Google

eisdem litteris vtrumque nostrum continuis velle prosequi fauoribus et solita caritate pertractare. Sed non video, vbi oblaciones huiusmodi subsequeretur effectus, ex quo exhibicione operum non videtur refoueri. Si enim scintilla alicuius caritatis apparuisset, fuissemus vtique promocione eiusdem domini Stanislai ad quam cum predicto fratre nostro pro omni nostrarum virium possibilitate vocauimus per s. v. consolati. Sed per expressum caritas atque fauor huiusmodi contradiccionem in se implicare videtur, ex quo nedum preces huiusmodi exaudire s. v. contempsit, sed etiam eundem Stanislaum benemeritum non vocatum non auditum nec convictum ad beneficia ecclesiastica obtinenda ut dicitur inhabilitauit non solum in infamiam et dedecus eiusdem domini Stanislai sed etiam predicti domini regis meam et omnium prelatorum et baronum regni Polonie opprobrium multum graue, cum nullus ad secreta interiora nostra et regni admittitur, nisi nobilitate generis et virtutum
88b pulcritudine | fulgeat decorus. Scribit eciam s. v., quod mouerit s. v. ad non consentiendum in eundem dominum Stanislaum recta racio dignitatis ecclesie Romane et consideracio honoris regii,[1] sed hec motiua pro racione per expressum innuit voluntatem ita, ut racio cederet voluntati et de voluntate faceret decretum. Si enim s. v. consideracio honoris regii et mei similiter moueret, non expediret profecto s. v. tot peticionum oblacionibus pro dicto domino Stanislao ut premittitur effectualiter porrectis fatigare, quot et scriptis et nuncciis fuerat fatigata. Sed neque prefatus frater noster vnamecum pro ipso ita humiliter et ita mansuete scripsissemus, si prius non considerassemus ex ipsius domini Stanislai promocione Poznaniensis ecclesie in spiritualibus et temporalibus incrementa et regii honoris atque mei et totius reipublice ministeria consequi profutura. Vt igitur animus meus plurimum turbatus ex contemptu pristine iocunditatis reficiatur stipendiis et frater meus predictus, qui pari et maiori perturbacione afflictus in hac materia s. v. nichil vlterius scribendum disposuit, consoletur, s. v. humiliter et deuote supplico per presentes, quatenus omni odio aduersus eundem dominum Stanislaum quomodolibet ad sinistram emulorum suorum delacionem concepto a mentibus s. v. protinus, depulso ipsum pristine et consuete s. v. gracie restituere et eo restituto sibi

[1] Vgl. ob. No. XCIX.

Digitized by Google

de ecclesia Poznaniensi, ad cuius possessionem nullum alterum preter eundem dominum Stanislaum prefatus dominus rex vna mecum et baronia totius regni incommutabiliter decreuimus admittendum, prouidere dignemini, oblocucionibus et detraccionibus non obstantibus quorumcunque, ad quas repellendas et si mea fratris mei predicti et capituli Poznaniensis dudum s. v. de vita conseruacione moribus et aliis virtutibus eiusdem domini Stanislai testimonia perhibita et prestita non sufficiunt, dignentur saltem s. v. ab omnibus subditis regni et corone regni Polonie, in cuius gremio educatus vt vir approbatissimus et omnium secretorum ac agendorum regni consiliarius supremus nullius vnquam suspicione aut criminis nota labefactus residet, informari | alias cognoscerem per effectum, quod s. v. multo magis 89a
emulorum et detractorum figmenta quam meas ac fratris mei deuotas preces pensaret. Et nichilominus . . . . .

B)

Reuerendissimi in Christo patres domini et amici carissimi! pudet scribere et non sinit necessitas inopinati contemptus acerbitatem, quam ex litteris sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Martini pape domini nostri graciosissimi concepimus, sub silencio preterire. Qui cum per serenissimum principem et dominum dominum Wladislaum regem Polonie etc. fratrem nostrum carissimum et nos cum humili deuocione fuisset petitus, vt sua sanctitas de ecclesia Poznaniensi venerabili domino Stanislao vicecancellario regni Polonie et consiliario inter supremos supremo, cuius merita et nostris et prefati domini regis ac capituli Poznaniensis testimoniis fuere sanctitati sue patefacta, prestolabamurque sub spe magna et fiducia pleniori, quod sua s. in hac re tam leui et tam possibili preces nostras, quas minoris status et condicionis hominibus facere non dedignatur, clemencius nostri intuitu dignaretur exaudire. Et ecce quod dolentissime referimus sua s. nedum preces nostras huiusmodi ad exaudicionis ianuam admittere voluit, sed eundem dominum Stanislaum non citatum non auditum nec conuictum ad ecclesiastica beneficia obtinenda vt dicitur inhabitauit in dedecus ipsius ac fratris nostri predicti nostram et totius regni Polonie infamiam multum grauem. Non attento, quod celsitudo regia tales non consueuit preferre dignitate et honore, nisi prius

Digitized by Google

et generis nobilitas et vite ac morum flagrancia sibi dignos redderent et acceptos. Rescribit sua s. in hac materia domino motiua, que ipsum ad consentiendum in eundem dominum Stanislaum retraxerunt videlicet recta racio dignitatis Romane ecclesie et consideracio honoris regii etc. et demum se offert ad caritatem et beniuolenciam in dictum fratrem nostrum et nos exhibendam, que in se videntur implicare contradiccionem. Ex quo caritatem et beniuolonciam, ad quam se sua s. voluntarie
89b obtulit, exhibicione operum non | ostendit. Si enim oblatam exhibere vellet profecto, preces nostras ita in contemptum nostrum sua s. non repudiasset, verum quamuis non minus de repudio quam inhibilitacione huiusmodi, que ad totius regni et corone Polonie multum grauem cedit infamiam, ab intimis doleamus, tamen adhuc in v. p. r. confisi doloris impetum paciencia toleramus v. r. p. deprecantes instantissime, quatenus promocionis vestre presidia apud suam s. interponere dignemini, per que idem dominus Stanislaus ad predictam ecclesiam Poznaniensem, ad cuius possessionem nullum alterum preter ipsum admittere decreuimus, ut optamus valeat promoueri, vt sic ex sui promocione et prefati domini regis animus ex nouitate tanti repudii et inhabilitacione non modice turbatus ad pristine iocunditatis solacia restitui et doloris mei acerbitas valeant mitigari; alias nobis daretur occasio talem querere dominum, qui nos in nostris oportunitatibus graciosius studebit confouere et celerius exaudire. Ceterum miramur in modum, ex quo v. r. p. fratri meo predicto in hac materia nichil rescripsit, qui de v. p. confisus per honorabilem N(icolaum) Lassoczski nunccium suum v. r. p. in genere et aliquos vestrum in specie suis scriptis visitauit, petens ut in prosecucione promocionis eiusdem domini Stanislai vna secum diligenciam opponere et ipsum coram prefato domino nostro promouere dignaremini. Et vnde huiusmodi contemptus procedat, multo fortius nos conuenit admirari. Si a v. r. p. taliter leuipendimur, profecto vim patimur, ex quo a tempore quo fuimus ad sanctam fidem katholicam vocati, vires nostras in propagacione ortodoxe fidei exposuimus libertatis ecclesiastice beneficia conseruando. Datum . . .

Digitized by Google

CVIII.

Tenor littere domini Czolek ad dominum magnum ducem misse. [1]

Domine excellentissime et princeps illustris graciose! Quas humana prauitas valet, grates vestre celsitudini refero pro tot beneficiis benignissime | et humaniter licet immerito et humili 90a
mihi seruulo exhibitis et, quod nequit mea insufficiencia reddere, altissimus reddat vobis omni bono omnium bonorum retributor successorum meorum reuolucio quam promocionis vestre pia prosequitur affeccio, ex scriptis et litteris serenissimi fratris vestri domini Wladislai regis Polonie etc. domini mei prestantissimi excellencie vestre liquescet quam etsi emulorum meorum distulerunt odia v. s. interuentus non differet, cuius consueuit pietas nunquam deserere, quos amplecti gratis fauoribus incepit. Quamquam enim dominus noster papa vestris dignis promocionibus, quas velut tanti principis et domini inter principes seculi maiores nominatissimi tenebatur suscipere, cuius vota apud vniuersas mundi potestates venerantur, nedum suscipere contempsit, sed quod loqui contremisco, leuipendit et ne celsitudinis vestre humilem et deuotam creaturam inhabilitare ad honores dignitates et beneficia ecclesiastica, quantum in eo fuit, non expauit absque aliqua causa aut culpa nullo accusatore comparente nec aliquo iuris aut ordine iusticie obseruato sed sola voluntate pro racione recepta. Et si citatus uel vocatus aut conuictus de aliquo crimine fuissem, propter quod dignus essem tanto flagicio, cui soli subsunt malefici et heretici publici mulctari, penam pro reatu inflictam sustulissem. Sed diuine et vestre serenitatis presydiis non ambigo, et statum priorem resumere et promocionis mee per vestram celsitudinem inchoata auspicia sorte meliori fauente inuenire. Sed ne prolixitas in fastidium conuertatur vlteriori conclusione succisa, que fletibus et lamentis digne foret peroranda, ante conspectum vestre celsitudinis me prosterno et calamitatis mee infaustos quos non merui casus, o protector et domine benignissime, expono confisus non meis meritis sed consuete celsitudinis vestre pietati, quod decretum inhumanum de me contra deum et iusticiam rigore excessiue

[1] Vgl. oben No. CV und die beiden Schreiben bei Theiner, Monum. Poloniae II p. 33 u. 34 No. 47 u. 48.

Digitized by Google

seueritatis factum, defensionis vestre intercessione tolletur et promocionis pristine non deficit progressus. Deinde me cum omni humilitate deuocione et oracionibus excellentissime vestre
90b s. supplex | recomendo et perpetuo offero seruiturum. Datum in Lanczut feria III[a] proxima post festum Jacobi anno etc. XXVII[o].

CIX.

Ab eodem ad secretarios domini magni ducis. [1]

Egregii prestantes et prudentissimi domini fratres et socii carissimi. En quod stilus vix protensus exponeret, breuis oracio complectitur dolorum meorum augmentum, quod vestre condolendum annunccio caritati, qualiter ille summus pontifex Romanus, in cuius pectore iura condita sunt vniuersa et iudicia eius prodeunt a facie veritatis, nescio an de promocionibus domini mei excellentissimi ducis magni de me factis etc. ingratus aut meorum emulorum prouocatus zuzuriis, que satis gloriosis testimoniis eiusdem domini ducis etc. et serenissimi regis Wladislai dominorum meorum tolli potuerunt, vel quid aliud clam mee obycit innocencie, non solum tantorum dominorum promociones et desideria pro me facta leuipendit et vota eorum sine fructu exclusit, verum in me sine causa graui concepto animo tanta indignacionis exhorbitacione inhorruit, vt nullo iuris aut iusticie obseruato processu non vocatum non convictum nec aliquo accusatore instigante, ut promociones de me factas extingweret, inhabilitare me contra deum et iusticiam non expauit, vos igitur qui aliorum flagiciis compati et remediis dignis scitis occurrere, meis qui vobis comisacionis et sanguinis comercio annector ceteris me preferentes si graciam merui in oculis vestris calamitatem meam intuemini et domino meo serenissimo principi magno duci Littwanie etc. circa leccionem litterarum serenissimi domini regis Wladislai vel alia comoditate captura recommendacionibus et promocionibus adiunctis necessariis, que vestre discrecionis extendere sciuerit industria, pro vicissitudine grata incnlcetis et suadere velitis, vt et sui contemptus aborsum et mee quam non merui ignominie abusum prouidencie sue metiatur magnitudo, ne dissimulacio famam suam,

[1] S. die vorhergehende Note.

Digitized by Google

quam per orbem longe | multorum resparsit sedulitas, tenuitate 91a
diminuat vel pusillanimitate deformet, et me qui in ipsius brachiis expecto relinquat in abisso etc. pro quo mea semper vobis beneplacita et obsequia ac mutua rependia pro viribus meis et omni facultate erunt prompta. Datum ibidem per vestrum fratrem et amicum sincerum Stanislaum Czolek regis Polonie vicecancellarium.

CX.

Littera ducis Mediolani domino regi Polonie missa compatiendo sibi de morte nati.[1]

Serenissime princeps et excellentissime domine tanquam pater et compater noster honorandissime! Jocundissimum nobis fuit ex maiestatis vestre litteris intelligere bonam et prosperam persone vestre regie sospitatem, et econtra ingratissima quidem fuit enunciacio mortis inciiti olim geniti vestri, de qua non aliter quidem meus nostra condoluit, quam si nobis filius periisset, licet tamen non expediens arbitremur, cum iam videamus serenitatem vestram animi sua constancia et immensa prudencia casum hunc pacienter fortiterque perferre. Tamen ut satisfaciamus honori et officio nostro, prefatam maiestatem obsecramus et hortamur, vt, si quid molestie et doloris adhuc superest, illud omne ex animo suo abstergat et abyciat, postquam hii communes casus nec luctu nec merore nec alio quouis hominum ingenio possint euitari. Ceterum ut ad alia transeamus, leta fronte recepimus falconeriorum vestrorum missas austures et grifalcum, aues quidem pulcerrimas et prestantes, quas eo graciores habuimus, quo a maiore magisque beniuolo nobis principe misse sunt, infinitas vobis pro earum missione gracias referentes neque aliqualiter eas remittere intendentes, vt tangunt vestre maiestatis littere ymo si in decuplo plures essent, nulla earum

[1] Philipp Maria Angelo Visconti war der vierte und jüngste Sohn des Gian Galeazzo; er war vermählt mit Beatrice Lascaris und starb als Herzog von Mailand 1447. Das Beileidsschreiben des Herzogs bezieht sich auf den Tod des zweiten Sohnes des Königs Władysław, des Prinzen Kasimir, der am 16. Mai 1426 geboren, schon am 2. März 1427 wieder starb. Nach Dlugosz, Hist. Pol. XI, 497 waren die königlichen Eltern über diesen Todesfall ‚turbati, moerori plus quam sat erat, indulgebant'.

Digitized by Google

manus nostras euaderet, cum oblectaciones nostre omnes versentur circa aues huiusmodi. Recepimus preterea cum multa alacritate et solacio gratum et festiuum equum per s. v. nobis missum, de quo vobis regraciamur immense; curas nostras inter-
91b dum | cum suis solaciis traducturi, bona denique sospitate fruimur dei gracia quod certi reddimur libenter intelliget vestra maiestas, quam longis conseruare temporibus et continua felicitate dignetur clementissime deus noster. Datum Mediolani die VII Junii anno etc. XXVII.

Philippus Maria Anglus dux Mediolani, Papie Anglaneque comes ac Janue dominus.

CXI.

Promocio domini magni ducis pro domino Paulo Wilnensi canonico ad ecclesiam Kameneccensem sequitur.

Beatissime pater domine clementissime! Ecclesia Kamenecensis in terra Podolie dominio meo nuper videlicet de mense Junii per mortem reuerendi patris domini Sbignei predicte ecclesie vltimi et immediati pontificis pastoris solacio destituta, talem s. v. personam ad huiusmodi ecclesiam curaui promouere, qui vita et sciencia foret comendatus, vt possit in illa parte, que confiniat hominibus diuersorum rituum, prodesse et preesse, verum quia vir venerabilis dominus Paulus N. de Boyanczycze actu presbyter Cracouiensis diocesis canonicus ecclesie Wilnensis apud me et omnem clerum ac populum istius patrie propter suas virtutes extitit multipliciter commendatus, ideo s. v. supplico humiliter et deuote, quatenus eadem s. v. prefato domino Paulo de huiusmodi ecclesia vacante dignetur misericorditer prouidere ipsumque in eadem preficere in episcopum et pastorem, vt sub ipsius felici regimine meoque patrocinio recipere valeat incrementa et ut eo per hoc a v. s. reddar cum subditis meis consolatus. Personam s. v. dignetur conseruare altissimus tempora per longewa. Datum in Nowogrodek feria VI^{a} proxima ante festum Andree anno etc. XXVII.

Eiusdem s. v. deuotus filius Allexander etc.

Digitized by Google

CXII.

Promocio ex parte magni ducis pro collectore fructuum camere apostolice ad dominum papam. 92a

Beatissime pater domine graciosissime, fama cottidiana euidensque me sollicitat experiencia deuotum et fidelem vestrum honorabilem dominum Jacobinum de Rub(eis)[1] camere apostolice per Polonie prouinciam collectorem sanctitati vestre diligencius recomendandum, qui se in eisdem partibus et credito sibi officio tam irreprehensibilem quam semper virtuosum reddit. Quem peto sanctitas vestra dignetur mei contemplacione vberiori prosequi gracia et ad ea, que pro nobili Johanne Jawnus parte mei apud eandem s. v. per eundem dominum Jacobinum supplicandum disposui, graciosius inclinari. Altissimus personam s. v. conseruet feliciter tempora per longewa.

CXIII.

Pro Johanne Jawnus ad dominum apostolicum.[2]

Beatissime pater domine clementissime, vestre innotescat s. quomodo veniente adhuc domino Petro episcopo cleroque eius non pauco et in presencia baronie mee tunc presentis compertum fuerat realiter et probatum coniugem nobilis et generosi Johannis dicti Jawnus palatini et capitanei mei Trocensis in eiusdem mariti sui necem et interitum toxico et pluribus argute exquisitis maleficiis nequiter fuisse machinatam, vnde tunc in diworcium eorum processum fuerat conclusum et consumatum. Qui Johannes racione premissorum hactenus eidem mulieri non commansit sed nec commanere in perpetuum presumet neque poterit quouismodo. Quare peto s. v. quatenus dignemini cum eodem Johanne, ut aliam possit uxorem ducere et in lege domini viuere et sacramentis non priuari ecclesiasticis, ad que

[1] Vgl. oben No. XX. Dieser Empfehlungsbrief hängt mit dem Dispensgesuch (Nr. CXIII.) zusammen.

[2] Dieser sehr bemerkenswerthe Beitrag zur Sittengeschichte war bisher ganz unbekannt. Dieser Johann Jawnut — so lautet der Name — der Palatin von Troki, war einer der vornehmsten Bojaren Litthauens und wurde 1413 in der Union von Horodlo in das polnische Wappen Zadora aufgenommen. Er spielte in der Geschichte Witolds immer eine hervortretende Rolle.

Digitized by Google

96b per modernum episcopum non admittitur, graciose | dispensare, prout venerabili domino P(aulo) nominato ad ecclesiam Kam-(enecensem) capellano meo fideli dilecto lucidius coram s. v. in eo negocio declarandum commisi. Cui eadem s. v. benignam audienciam dare et fidem in dicendis parte mei dignetur adhibere. Altissimus etc.

Dominus autem modernus episcopus in vim compulsionis eos adinuicem cohabitandum ipsum Johannem predictum communione sacratissimi sacramenti eukaristie decreuit priuandum, qui hactenus ab eadem communione prohibetur.

CXIV.

Littera super septimanale et nundinas siue annuale fora per dominum N. Czebulkam edicta.[1]

Allexander etc. Significamus etc. Quomodo propter continuacionem fidelium seruiciorum alternatim et vicissim sibinuicem dietenus succedentium generosi et strenui N. Sepensky etc. eiusdem opidi sui Sobolow in terra Drohicyniensi siti condicionem volentes facere meliorem ipsi N. predicto et suis posteris ac successoribus legitimis dedimus et largiti sumus vigoreque presentium damus et largimur plenam et omnimodam facultatem in predicto opido Sobolow constituendi proclamandi et obseruandi singulis septimanis vnum certum diem pro septimanali et singulis annis vnum similiter certum diem pro nundinis siue annuali foris, quos ad placitum ipsi elegerint, celebrandi cum potestate emendi libere et vendendi omnes et singulas merces et res venales cuiuscunque sint taxe pretii, valoris uel speciei per omnes et singulas personas incolas ibidem videlicet inquilinos forenses et per vndecunque aduenas temporibus euiternis. Harum quibus etc.

[1] Dieser Nicolaus Czebulka war viele Jahre notarius ducalis bei Witold, der sich seiner öfter zu Gesandtschaften bediente. So war er unter denen, die 1410 vor dem Kriege mit dem deutschen Orden den Schiedsspruch des Königs Wenzel in Prag entgegennehmen sollten, dann 1420 zwei Mal bei K. Sigismund in Breslau, um ihn zu Aenderungen an seinem Schiedsspruch zwischen Polen und dem Orden zu veranlassen, und besonders 1429 wird er unter denen genannt, die bei Witold in besonderm Vertrauen standen (Długosz, H. P. XI, 530), und mit denen er seinen Plan sich zu krönen besprach, wovon ihn Czebulka stets abgemahnt haben soll.

Digitized by Google

CXV.

A) *Littera Romanorum regis domino magno duci missa quasdam diuagas famas etc. continens.* [1]

Sigismundus etc. Illustri domino Allexandro etc. consanguineo nostro carissimo salutem et mutue dileccionis felicissimum incrementum. Vrget nos | perfectus amor et dileccio 93a
mutua inter nos dudum sincera caritate coalita, vt v. f. de singulis nostris occurrentiis et imminentibus negociis quadam singulari confidencia auisemus, vt reciproca vicissitudine alter alterius portans onera, subleuemus dispendia et prospiciamus ad ea, que ad vtrorumque nostrorum honorem tendunt quomodolibet comodum et profectum. Et ea consideracione mittimus ad v. f. validum Petrum de Lanckossna vestrum et nostrum fidelem dilectum super certis factis non minus vestram dileccionem quam nos tangentibus e vestra dileccione nostro nomine explicandis limpidius informatum, prout ex copia presentibus interclusa partim poteritis edoceri. Idcirco e vestra fraternitate caritatis affectibus adhortamur, quatenus huiusmodi copia solerter inspecta et diligencius auscultata dicto Petro in his et aliis circumstanciis successuum nostrorum, que v. f. hac uice nostro nomine referre curauerit, adhibere velitis fidem per omnia creditiuam. In eo nobis v. d. complacenciam faciet multum gratem. Datum Kewini prima die Januarii anno XXVIII.

Ad mandatum domini regis Caspar de Slick.

B)

Sigismundus etc. Post scripcionem nostrarum precedentium litterarum percepimus ex relacionibus aliquorum fidelium nostrorum, qui nouissime Bohemiam exiuerunt, qualiter ibidem inter

[1] Die Rückkehr Sigismund Korybut's nach Polen, nachdem er am 9. Sept. 1427 aus der Haft in Böhmen entlassen war (Palacky, Gesch. Böhm. III. 2. p. 454), und der Umstand, dass er in Polen von den Seinigen nicht unfreundlich behandelt wurde, mochte Anlass zu den König Sigismund beunruhigenden Gerüchten gegeben haben. Dass die Widerlegung derselben durch Witold begründet war, geht aus einem kurz darauf am 1. April vom König von Polen an den Herzog von Oels gerichteten Schreiben hervor (Palacky a. a. O. p. 464), in welchem der Vorsatz eines umfänglichen Kriegsaufgebots wider die Husiten ausgesprochen wird.

Digitized by Google

perfidos renegatos hereticos fama vigeat, quod vestra dileccio et serenissimus princeps etc. frater et compater noster carissimus ad dictos hereticos promotorias transmiseritis litteras vestras in fauorem et relaxacionem Sigismundi ducis Lythwanie se nominantis patrocinantes et demum de certo exercituali progressu versus partes nostras Slesie per f. vestras instaurando, de quibus singulis licet sciamus et totaliter symus indubii, quod huiusmodi res nunquam ascenderint in cor vestrum et ea profictiiis ac vento volatili penitus reputemus, prout et per vos
93b censere non ambigimus | si similia a nobis ad vos deferentur, tamen propter sinceritatem puri amoris et nodum indissolubilis glutinii, que vobis astringimur et coniuncti sumus, non possumus non scribere, quin illud v. f. pandamus ad lucem, ut liquida cognoscatis, quod nil a vobis occultamus nec delaciones huiusmodi et vaniloquia sinistre suggestionis aduertimus, sed v. d. sub confidencia singula apperimus, que pari modo de vobis vicereciproca, si quod absit de nobis tale sinistri suggereretur, auisari exposcimus pro debito fraterne caritatis, prout hec omnia validus Petrus vestre dileccioni nostro nomine clarius explicabit, cui in dicendis ad presens per omnia libeat adhibere creditiuam plenam fidem. Datum.

C) *Littera responsalis.*

Serenissimo etc. Allexander etc. Salutem et affectus caritatiui mutui prosperrima incrementa. Litteras s. v. nobis per nobilem P(etrum) allatas, e quibus sinceritatem affectus vestri erga nos comperimus, suscepimus multum grate, prout vero ipsa eadem v. s. per eundem P(etrum) vi credentie pro persona sui in vna litterarum scripte, quedam intimauit et narranda per ipsum in carta speciali seorsum consignari disposuit, videlicet de domino marchione Brandenburgensi, qualiter ipse apud ipsam e v. s. ex illa exercitus sui ceterorumque sacri imperii electorum et principum Almaniarum etc. expedicione in campis proxime habita Bohemicalibus contra hereticos redderetur suspectus; et qualiter idem dominus marchio ad serenissimum principem dominum Wladislaum fratrem etc. pro copule matrimonii inter filium ipsius marchionis et eiusdem domini regis filiam consumacione intenderet proficisci etc. Et similiter per omnia ipsa e v. s. domino regi predicto scripsit et intimauit,

Digitized by Google

que singula plena comprehendimus racione. Scire velit v. s. quod de aduentu domini marchionis neque ipsi domino regi Polonie predicto neque nobis quidquam hactenus innotuit sed nec preuius in eo ipso nunccius quis apperuit, verum et post eandem exercitualem Bohemicam | expedicionem neque ipse 94a dominus rex Polonie neque nos aliquem nuncciorum domini predicti marchionis vidimus ad nos venisse. Taliter igitur cum prefato domino rege Polonie fratre vestro et nostro carissimo condiximus et conclusimus, vt dum in regno suo Polonie domino fauente quod in breui speratur puta ad carnispriuium proxime futurum constitutus fuerit, ad v. s. personalem presenciam solempnes suos nunccios in eisdem et aliis arduis negociis amborum nostrum informatos intendens diriget pre supposito, si s. eandem v. in propinquioribus contigerit inueniri partibus, qui si in remocioribus constituamini, ex tunc leuiores mittentur nunccii et nichilominus similiter de intencionibus bene informati. Ceterum in secunda litterarum scribit v. nobis s. quomodo fama afflata ad vsque audienciam v. s. foret de Bohemia, qualiter dominus rex Polonie frater vtriusque nostrum carissimus et nos pro liberacione ducis Sigismundi et pro exercitus in Slesiam mouendi instruccione litteras promotorias et persuasorias scripsissemus etc. Princeps serenissime, non longo autem temporis interuallo scripserat v. s. similem famam ad nos perferre ventilem et volatilem, qualiter duces Slesie ab obediencia et subieccione vestris per oblectamenta et attracciones nostras allicerentur etc. Reuideat s. v. si vterque hee diuage et false conflate sibinuincem fame non contradicant. Sicut igitur scribit v. s. se talia de nobis non credere, quod firmiter de vobis credimus, sic decerto et cetero petimus non credatis. Nedum namque ea facere, sed nec mentis nostre extitit aliqualiter cogitare, prout et si de s. v. quidpiam talium ventiliter conflatorum quod absit ad nostri peruenirет auditum, de certissimo credatis, nedum ea non credere sed nec nominari sinemus ipsis repulsam pocius indicendo. Datum in Dawgy in conuersione sancti Pauli anno XXVIII°.

Digitized by Google

CXVI.

Inscripcio terrigenarum Russie domino Wladislao primogenito regis Polonie facta et successori eius. [1]

94b | Nos A. B. C. Boiari proceres nobiles terrigene wasalli feodales et incole terre Haliciensis et sic de aliis terris Russie singulariter singuli et vniuersaliter vniuersi significamus etc. Quod licet diuinis prestantibus auxiliis absque vlla suspicione et irreprehensibiles semper erga serenissimum principem dominum Wladislaum dei gracia regem Polonie dominum nostrum graciosum prestanti fide nos exercentes permansimus, sed quia certis et dignis causis prefatum dominum nostrum regem mouentibus presertim, ex quo sibi diuina prouidencia prolem auxit masculinam, cuius statui ut posset prouidere salubriter et successionem relinquere pacificam et quietam, fuimus per maiestatem suam requisiti, quatenus sibi et excellentissimo principi domino Wladislao filio suo primogenito ac eorum posteritati et successoribus litteras nostras dare et prestare curaremus, et si quispiam seminator zizaniarum aliqua vellet de nobis sinistra suggerere, per huiusmodi nostras litteras affidatus et securus omnem suspicionem a corde suo remoueret, et ut iustis votis s. sue pareamus, ex certa nostra sciencia non coacti nec compulsi nec aliqua fraude dolo vi aut violencia conuicti promittimus sub fide et honore absque dolo et fraude, et ad omnes successores et posteros nostros obligamus presentibus et arcemus, quod exnunc et in antea perpetuis temporibus erimus et esse volumus et debemus fore fideles prefato domino nostro Wladislao regi et ipsius inclito filio predicto domino Wladislao ac eorum successoribus et corone regni Polonie, et ipsis ac ipsorum successoribus contra quemlibet hominem venientem volumus assistere et omni nostro posse et extremis viribus adherere et nunquam contra ipsos publice uel occulte cum quocunque homine mundi stare aut se ipsis opponere vel alium sive alios preter ipsos nobis dominos uel principes seu

[1] In dem Cromer'schen Verzeichniss der im Reichsarchiv befindlich gewesenen Urkunden sind aus dem Jahre 1427 sieben einander ähnliche Huldigungsbriefe aus den einzelnen Theilen der russischen Provinz aufgeführt. Unser hier vorstehender Text giebt — das zeigen die Worte et sic de aliis terris — das bisher noch nicht gedruckte Schema aller andern. (Vgl. Inventarium arch. Cracov. p. 253.)

Digitized by Google

gubernatores querere aut nos ab obediencia ipsorum et eorum corone aliquando subtrahere. Nec erimus in consilio uel tractatu, vbi eorum malum periculum rerum aut vite uel quodcunque aliud incomodum tractaretur, sed ea quacunque poterimus facultate auertemus. | Et nichilominus eadem fide promittimus 95a
ipsos quantotius poterimus dilacionibus postpositis quibuslibet de hiis omnibus auisare et fideliter premunire. In cuius rei testimonio sig(nificamus) etc.

CXVII.

Humiliacio de excessu improuiso.[1]

Serenissime princeps et domine excellentissime ac benefactor graciosissime! Receptis litteris serenitatis vestre pridie sicut decet cum honore consternatus sum in animo, ex eisdem concipiens, qualiter s. v. non cessit ad gratum, quod de facto opidi Brzesznicza et castri a domino palatino Sandomiriensi legacionem suscepi s. vestre displicibilem, testis est mihi altissimus, quod nunquam aliud cogitaui, nisi semper serenitati vestre cuius me creaturam recognosco seruire fideliter et omnibus beneplacitis s. v. pronus obedire, et cum desit mihi modus ordo et numerus, quibus possem beneficia serenitatis vestre totiens mihi impensa compensare. Quomodo igitur beneficiis tantis, quorum non est numerus, tam subito possem obliuisci. Et si sciuissem istud s. v. fuisse contrarium, prout nesciui deo teste, quando legacionem hanc suscepi, nec mihi expressit si in hiis vestre serenitatis displicencia verteretur. Nedum prefati palatini sed nec patris proprii si viueret super terram iussibus obedirem, cum v. s. in me paterni defectus suppleuerit caritatem. Si enim studiis aut ingeniis et coloribus aliquibus in displicenciam s. v. vel vestrorum et specialiter domini Stancze, quem singulariter prout nouit ipse et referre poterit affeccione fuerim prosecutus, aliquid attemptarem, vindex malorum deus in me vlciscatur. Igitur nichil in me s. v. dignetur dubitare sed semper supplico humiliter vnum de conseruis vestre serenitatis humilimis et deuotis reputare. En me si excessi sere-

[1] Auch hier wissen wir leider nicht, welche Commission der Grossfürst dem Vicekanzler aufgetragen, und worin der Letztere gefehlt hat.

Digitized by Google

nitatis vestre correccioni suppono et veniam deprecor pedibus gloriosis aduolutus. Datum in Jedlna feria VI[a] post diem cineris.

S. v. humilis Stanislaus Czolek.

CXVIII.

95b | *Littera creacionis heraldi.*

Allexander etc. Significamus etc. quomodo exigentibus meritis et probitatum insigniis, quibus Johannes Litherland coram nobis comendatur, et constanter attendentes morum in eo facecias ac pulcre conuersacionis venustatem et que vincit omnia pollere virtutem, per que se exercendo multorum fidedignorum preconiis meruit commendari, Ipsum heraldum nostrum constituimus facimus et creamus ac nostre curie collegio agregamus, concedentes sibi omnibus iuribus priuilegiis libertatibus auctoritate graciis et immunitatibus, quibus ceteri regum et aliorum Christianorum principum heraldy vbicunque gaudere consueuerunt vtifrui et potiri. Quocirca omnibus et singulis ad quos presentes peruenerint ipsum plene recommendamus affectu petentes, quatenus habentes eum recommissum, quocienscunque vestram accesserit presenciam, sibi in agendis graciosam et benignam intuitu nostri velitis exhibere voluntatem de saluo etc. per terras dominia etc. eidem prouidendo pro complacencia etc.

CXIX.

Copia litterarum promissionum et obligacionum domini Allexandri alias Wit(old)i magniducis Lithuanie.[1]

Nos Allexander alias Witoldus magnus dux Lithuanie ac terrarum Russie princeps supremus etc. Significamus tenore

[1] Wegen ihrer grossen Wichtigkeit, denn die Stellung Ungarns zu Polen wurde auf lange Zeit durch ihren Inhalt bestimmt, ist diese Urkunde öfters schon gedruckt worden, so in Dogiel Cod. dipl. Poloniae I p. 46 No. IX, Katona Hist. reg. Hung. XII, 83, Pray, Ann. Hung. II, 232, Wagner Analecta Scepus: I, 7, in Dlugosz Hist. Pol. XI, 320 und in dem von der österreichischen Regierung veranlassten Schriftchen: Praevia explicatio iurium Hungariae in Russiam minorem et Podoliam ed. 1772. Aber alle diese Abdrücke haben nur die Urk. Sigismunds oder Wladyslaws,

Digitized by Google

presencium quibus expedit vniuersis: Quod cupientes terris et dominiis nobis subditis de statu pacifico comodoso et salubri prouidere et fines earundem terrarum nostrarum in pacis ponere dulcedine vnionem inter serenissimos principes et dominos, dominum Sigismundum Romanorum semper augustum et Hungarie etc. ab vna et Wladislaum Polonie etc. reges et nos pariter parte ab altera factam et firmatam grato animo suscepimus, quam amplecti seruare et tenere volumus inconcusse, ex eo quod predictus serenissimus princeps dominus Wladislaus rex Polonie etc. frater noster carissimus promisit pro nobis et caucionem fecit prefato serenissimo principi domino Sigismundo Romanorum et Hungarie regi domino et consanguineo nostro carissimo, quod eandem vnionem seruare debemus et cum litteris | nostris autenticis et priuilegialibus roborare, Et ut eadem 96a
vnio cum tanta maturitate et tam salubri deliberacione inter nos et eundem dominum Sigismundum Romanorum et Hungarie regem iugiter obseruetur et firmius teneatur Primo nempe etc.

Hier folgt das bei Dogiel, Codex dipl. Pol. I, 46 Col. A unten Stehende wörtlich bis ‚repromiserunt' (repromisit). Dann wieder in unserem Codex eingeschoben:

| Et ne in aliquo a contentis literarum predictarum domini 96b
Wladislai regis Polonie fratris nostri carissimi discrepare videamur, contenta literarum ipsius in factis terrarum Russie Podolie et Moldauie, quibus se inscripsit predicto domino Sigismundo Romanorum et Hungarie regi de verbo ad verbum his nostris litteris decreuimus includenda et per nos prout per eundem dominum Wladislaum regem Polonie constanter obseruanda, quo-

---

von denen die letztere sich im Original mit 38 Siegeln (von 50) im Wiener Staatsarchiv erhalten hat. Aber die Bestätigung durch Witold kannte man nicht, und nur Voigt, Geschichte Preussens VII S. 172, machte auf eine im königsberger Archiv befindliche Abschrift dieser Bestätigung aufmerksam. Ich theile von der in unserem Codex befindlichen Abschrift nur die ihr eigenthümlichen Stellen mit. — Diese Urkunde von 1412 und die demnächst (Nr. CXX) folgende von 1423 sind der Reihenfolge in unserem Codex nach etwa 1428 abgeschrieben worden. Wir begreifen die Absicht dabei sehr bald, wenn wir uns erinnern, dass K. Sigismund im Februar 1429 auf dem sogenannten Fürstentage zu Łuck im Interesse des Grossfürsten die Moldauische Frage aufwarf, und es an der Zeit hielt, die Verabredungen von 1412 über eine eventuelle Theilung des Landes zur Wirklichkeit kommen zu lassen, da seiner Ansicht nach die vorausgesetzte Eventualität eingetreten wäre.

Digitized by Google

rum contentorum tenor dinoscitur fore talis: Nun folgt die ganze Urkunde, wie sie bei Dogiel a. a. O. steht von Verum quia super terris Russie etc. bis: in delinquentes digne animaduertant (natürlich mutatis mutandis das. p. 48) und schliesst folgen-
98a dermassen: | Que omnia et singula superius contenta et expressa Nos Alexander alias Witoldus dux supradictus rata, grata habemus atque firma inuiolabiliter et inconcusse promittimus obseruanda et in coroboracionem et fidem et testimonium cautele vlterioris sigillum nostrum maius presenti est appensum. Actum, Datum in Troky feria sexta proxima post conductum Pasche anno domini Millesimo quadringentesimo duodecimo.

CXX.

Copia litterarum regis Polonie et ducis Witoldi super ratificacione promissionum obligacionum et confederacionem, quas fecerunt pro rege Romanorum, in Kesmark emanatarum. [1]

98b | Nos Wladislaus dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyauie, Litthwanieque princeps supremus Pomeranie Russieque dominus et heres et Allexander alias Wytoldus magnus dux Lithwanie etc. Notum facimus quibus expedit vniuersis altitudo diuiciarum sapiencie et sciencie dei cuncta disponens numero pondere et mensura, qui etiam corda tenet regum et illa quo voluerit sua voluntate deflectit, nos cum serenissimo principi domino Sigismundo Romanorum etc. rege fratre nostro carissimo conuenire disposuit, ut inter nos mutuis hincinde tractatibus colloquiis et placitis obseruatis et habitis inter nos ab vna et prefatum dominum Sigismundum Romanorum etc. regem fratrem nostrum carissimum parte ab altera super omnibus odiis[2] displicenciis rancoribus discrepanciis lesionibus dampnis iniuriis et offensis post per-

[1] Diese Urkunde ist schon gedruckt bei Raczyński, Cod. dipl. Lithuaniae p. 300, aber in einer Form, welche den Wiederabdruck vollkommen rechtfertigt. Die Gegenurkunde K. Sigismunds findet man bei Dogiel Cod. dipl. Pol. I, p. 52 No. XIII. Sie bezeichnet den Umschwung in der Politik Sigismunds, in welchem seine Idee eines ungarisch-schlesisch-preussischen Bundes behufs der Theilung Polens preisgegeben und vielmehr Polen in das Interesse der Unterdrückung der Husiten hineingezogen wurde.

[2] Dogiel: aliis.

Digitized by Google

petua pacis federa dudum in Liblo inita[1] inter nos vtrumque subortis suscitatis et occasione quacunque a quacunque parte transgressis mutua caritas et rediuiua fraternitas oriretur, omnium rancorum odiorum displicenciarum dissensionum dampnorum iniuriarum offensarum et discrepanciarum spiritus sancti gracia nos dirigente amotis prorsus fomitibus et incentiuis peremptis paxque perpetua et tranquillitas restaurentur, quia non nisi pacis tempore bene colitur auctor pacis. Idcirco non per errorem aut improuide sed animo deliberato sano prelatorum principum baronum et procerum nostrorum fidelium accedente consilio huiusmodi pacem vnionem et fraternitatem restauramus reduximus restaurauimus et reducimus ad fraterne caritatis pristine perfeccionem, que per quedam incomoda dampnorum iniuriarum et offensarum predictarum fuerat aliquanto tempore intercepta, ita quod ad ea mala nunquam decetero sub fide et honore et pondere prestiti iuramenti[2] instantibus seu obuiantibus suggestionibus persuasionibus et zuzurriis quorumcunque quomodolibet reuertemur, nec eorum nullo vnquam tempore nos et heredes et successores nostri inter nos in malo debemus[3] nec volumus reminisci ad animum reuocare innouare uel monere ex nouis uel aliis quibuscunque causis et casibus emergentibus in futurum in | quocunque statu uel dignitate eminencia dirigente altissimo 99a
